

AMATI  
L V S I T A N I  
MEDICI PHYSICI  
P R E S T A N T Y S S I M I  
C U R A T I O N V M M E -  
D I C I N A L I V M

C E N T V R I A S E P T T I M

Thessalonica curationes habitas con-  
ness, maria multiplicique do-  
ctrina referita.

Accessit Inde x serum memorabile  
lum copieissimus.



I N V I A N T E ,

L V G D V N I ,  
APVD GVLIEL. ROVILIO,  
S V B S C Y T O V E N E T O .

1570.

G E T T O R G A N D

11 12

(2)

AMATI  
**L V S I T A N I**  
 MEDICI PHYSICI  
 PRÆSTANTISSIMI,  
 CURATIONVM ME-  
 DICINALIVM

C E N T V R I A S E P T I M A,  
*Theffalonice curationes habitas conti-*  
*nens, varia multiplicique do-*  
*cirina referta.*

Accessit IN D E X rerum memorabi-  
 lium copiosissimus.



L V G D V N I,  
 APVD GVLIEL. ROVILLIVM  
 SVB SCVTO VENETO.

# SAPIENTIA ET GENERE CLARO,

D. G V E D E L I A E  
Y A H . I A E ,

AMATVS LVSITANVS

MEDICVS S. P. D.



VVM sextæ elapse cua-  
rationum centurie finem  
imposuisse, hoc scribendi  
genus pratermittere, &  
ad aliud animum appelle-  
re constitueram, tamen enim,  
ut verum fatear, Guedeha Tabia, vir sa-  
piens, & generosus, huius inscriptionis me per-  
tus sum iam erat. Ceterum, cum Thessaloniken-  
rensem, arhem nunc, ut olim, totius Mace-  
donie Metropolin, numero, variisque popu-  
lo referat, sed forte gravissimus, & seuisi-  
mus morbis oppresso, dignum duxi, de eis al-  
iquid commentari, & septimam hanc centu-  
riam edere, & eam in conspectum hominum  
mittere, ut paucis iis, saltet artem medicana-  
exercentes, dignoscant, nunc ut olim, prisca il-

in temporibus, Greciam grauissimis, saevisimis, complicatisque morbis corripi, tentarius: causam, ut ego puto, non parvam, ob quam, tam excellentes, diuinique medici, in ea floruerunt: suppeditabat nanque materia, circa quam versabantur viri rerum naturalium maximi inquisitores, in qua, ut populum iuuarent, ex eum non raro ab angustiis liberarent, ac non parvam gloriam, honores, excellentiamque captauerint, consequerentur, solliciti et diligentes ita existere, ut praeceteris nationibus, hoc assiduo et frequenti vsu, in hac diuina effluuerint arte, emicuerint, ita ut ceterorum populorum hucusque recepti gratique magistrorum habeantur. Exemplum duo orbis lumina extant, Hippocrates et Galenus, viri Greci, quibus morborum variorum inexplicabilium occasio, ut dixi, non parvum glorie comparauit, poperitue. Vbi certe pauci sunt agrotantes, medicus ignarus, aut parvum expertus enadit; vbi vero plures habentur agrotantes, longo exercitio, et frequenti vsu, ac assidua experientia, cum experientissimum et nobilem in arte fieri, sepe nouimus, ut cum Manilio recte dixerimus,

Per varios vsus artem experientia fecit. vel cum philosophis, frequentatis actibus, generatur habitus, per quem ars definitur, et absolvitur. Loquimur nanque de Therapeu-

tice

sanitatis restituit, profligatus, per contraria morbos, cuius hodie ut magis necessarie frequentior est vsus, ut olim quoque fuit, referente sic Hippocrate, libro de veteri medicina, et Galeno, libro ad Thrasibulum, in quo ponitur, num ratio tuenda sanitatis, ad medicinalem artem, an ad exercitatoriam spectet. Occasio igitur tantorum morborum, multum me hercle, Grecia medicos nobilitavit, non minus ac volucris breuisque temporis occasio, aues aucupio dicatas, quas Aristo. sublimipetas, et humipetas vocat, nos vero falcones, et accores appellare solemus, eas pricipue, que sub polo artico nidificant, et aucupes ut ceteris prstantiores cupiunt, desiderantue. ob contractiores nanque eo in loco hyemales luces, que forte unam vel alteram tantum continent horam, diligenter euadunt aues haec. Pradam namque rapinamus pro victu, exiguo tamen tempore ad resiliam dei, nigerrimum et tenebricosum querant, captentue constrictae cum sint, rapaces, veloces, agiles, ac ceteris diligentiores sicut necesse est, ut recte cecinerit Manilium,

*Et labor ingenii miseris dedit, et sua quęq;*

*Aduigilare sibi iussit fortuna, premendo.*  
*Velut Virgilius, qui connumeratū commodatibus, quas Iupiter hominum generi cum*

ademissit, coactos esse homines, canit, pulsat  
cidia veternōe, operi incumbere,

Tū varie venere artes. labor omnia vincit

Improbis, & duris reges in rebus, gestus.  
ob variis igitur morbos, & frequentes, ac con-  
tinuo Gr̄eciam invadentes, viri & rerum na-  
turam contemplatores, illustres medici facti  
sunt, non vero ob numerosum populum. refert  
namque Galenus, commentario primo, in librū  
de Articulis, enarratione 24. in quo forte de  
luxationibus non risis ab Hippocrate agit,  
ex omnibus ciuitatibus, in quibus Hippocra-  
tes artem exercuit, Smyrnam; que hodie in  
Natolia nomen retinet, maiorem esse, quam  
Rome unus vicus, plures tunc incolas habe-  
bat. Cum igitur ex arduis difficultimisque ca-  
ribus in hac ciuitate pertractatus, septimam  
hanc Centuriam componerem, illico eam tibi  
dicandam constitui, Guedelia Tabia, vir sa-  
piens ex generose, multis de causis: prima,  
quia sapiens cum fis, ~~conscientia, et ergo genitio~~,  
ac acri quodam ingenio preditus, lenge iudi-  
ciorum magnus haberis existimator: quibus  
facile h.e.c, & huius generis alia, quanti sint  
valoris, & arti medica adiumentum prestare  
possint, diuidicabis. Prætereo humanitatem  
tuam, affabilitatem, morumque suavitatem,  
& mirum quendam candorem, quibus omni-  
bus, mediis fibis, excellere videris. Sunt pra-  
terea

tocca multa alia, que me ad hoc munusculum  
tibi offerendum impulere, hospitalitas tuas ex  
omnium tuorum, erga peregrinos, religionis  
cuiuscunque sunt; ad hec munificus & libera-  
lis animus profabueriendis pauperibus. qua  
in re effusis, (vt aures) habebis, patrem tuum  
optime memoria, Moysam Yachiam, emula-  
tu, felicissimeque imitari; qui ut omnes hic  
Thessalonice norunt, immanni quadam pesti-  
lentia clapsa, in iuuandis, curandis re pauperi-  
bus egrotantibus, & ipsius mortuis sepeliendis,  
non pauca, nec contemnenda ducatorum mil-  
lia expendit. res omnium consensu, pro Deo  
proprio habendo, haud infinita. Sed omnibus  
numeris, Centuria haec tibi debetur: quia eius  
nonnullis curatiobibus interfueristi; à sorore  
namque tua, muliere honoratissima, & opulen-  
ta incipit, & eam honestissime, & veneran-  
de matrona matris tua curatio claudit, vt in-  
teriorum Solomonis Seneoris saceritui, viri lon-  
giori vita digni obitum taceam, vt vere in hac  
habetas Centuria, prout misera humana fert  
conditio, aliquando quod rideas, & aliquando  
quod plores fleas; iuxta dictiu; Omnia  
rerum vicissitudo est. Elabes igitur vir gene-  
rose, dedicationis huius Centurie rationes,  
qua si, vt spero, alacri animo receptoris, ad  
maiora, dubio procul, Anatum deuilium

habebis. Vale. Et cum tua Stere  
 feliciter vine, & fuere. Thessa-  
 lonice, mense Augusto, anno  
 1561.

AMATI

\*\*



# AMATI LV-

SITANI, MEDICI

PRAESTANTISSIMI  
 Curationum medici-  
 narium suarum

\*\*

## CENTVRIA SEPTIMA.

Curatio prima, in qua agitur de  
 Animi deliquio ob moero-  
 rem ueniente.



OMINA Belida, vxor  
 Solomonis Seneoris,  
 mulier procera, obe-  
 sa, carnosa, tempera-  
 tura sanguinea, & que  
 sape in abortum ve-  
 niebat, & ex ea sanguis multus flue-  
 bat, quum repente audiret adolescen-  
 tem domesticum, ab alio famulo do-  
 mi interemptum esse, in animi deli-  
 quium ita altum incidit, ut eam emor-

tuam omnes acclamarent. Ego vero qui fortè ad adolescentem deploratū tunc vocatus fui, ad eam alio in cubiculo stantem, diuertor, cuius metacarpij arterias cum tango, pulsus nō percipio, sed ipsam potius dentibus apprime constrictis, claviculatisve, absq; sensu & motu, tanquam emortuam conspicio. Est enim animi deliquium hoc sauum, & periculosum, ob microrem, & tristitiam veniens, quo d. medicorum consensu, testante id Galeno, libro primo Artis curat. ad Glauc., & alibi non raro, curatur odoribus, narium constrictione, capillorū vulsione, vini potu, & vomitu, quibus tu ex aliis Gaeni locis adde, frictionibus, ligaturis, cucurbitularum admotione, & similibus. proinde nos exordiū repente sumpsimus à capillorum vulsione, narium & aurium attractione, digitorum attritione, & variis aliis similibus. Nam, & per interualla suo nomine vocabatur, & ad manus habitum origanum accio exceptum, ad nares admouebatur, veluti nōnulla alia optimie orentia, & de maxillis, & constrictis dentibus aperiendis, ligneo cochleari, veluti cuneolis, solliciti admolum

CVRAT. MED. CENT. VII. 11  
dum eramus. Cæterum, quum hæc nō proficeret, ad brachiorum, & crurium frictiones, & eorum ligaturam, deuenatum est, & Hippocratis consilio, libre quinto de Morbis populatibus, superfuse sunt ipsi, aquæ frigide amphoræ aliquot supra faciē & pectus, quibus tandem reuixit, & ad se rediit, & tunc à marito, & assistentibus, optima illi dabantur verba, & vinum generosum odorum, illi pitissandū propinavimus, veluti conditum moschatum, & ambaratum deglutiendum. tunc vt non dormiret, sed confabularetur, suauis, ac postea, tremula oua recentia illi pro cœna offerrentur, commendaui. ea nocte sequenti, bis, vel ter, emortua est, sed adiuta, reuocata fuit. In aurora vero, de cordis palpitatione conquerebatur, qua de causa, ab infuso injecto, & alio respondentе, (vomere nanque nunquam potuit) culcitrula ex rebus odoriferis cordialibus, ambaro, & moscho cōsuta, ad cor applicita est, sed non multo post, in animi deliquiu relapsa est, & forte periculosus : Sed tunc, celebratis omnibus actis, & cucurbitulis ad vmbilicum applicitis reuixit. Contēdebāt mulieres assistētes, & mod

& medicus qui eius curam aliàs habuerat, & à simili morbo eam quoque liberauerat, firmabat, animi deliquium hoc, etiam si à mœrore venerat, sèpe aliàs in simile, ob vterū male affectum incidisse, quia concipiebat cito, & perdebat, maximo cum sanguinis fluxu: qua de re, ad nares, male oientes, & ad inferiores partes, optimi odoris esse admouendas, cōtestabantur. vnde cum postea paroxysmo esset apprehensa, ad nares, chartæ, & pennarum fumum admouebant, inferioribus vero zibetum intromittebant, sequenti tandem die, catapotia ex castoreo, affa foetida, & peoniæ semine composita, deuoranda illi dedimus, quibus rectius habuit, & bis egessit tandem duobus interiectis diebus, pharmacum ex agarico, & rhabarbaro apparatum ebit, quo venter apprime solutus fuit, & ipsa à tanto malo libera, veluti postea, vxor Solomonis Naamias, ex improuiso à sorore amplexata, & illico emortua facta, sicuti quoque vxor Danielis Taragani, & virgo nata viduae sororis Habibij. varie nanque curatur animi deliquium, prout à varia euenit causa.

s e h o l

*Ob mœrorem, spiritus dissipantur, vnde deliquium animi consequitur, quo fit, in ipso paroxysmo, veluti postquam agrotis ad se rediit, rebus optime oientibus, & generoso vino, eam refecimus, veluti cibarijs, que facile in sanguinem verti solent, & optimum adgenerant succum: ceterum, per amphoram, non putarim Hippocratem intellectissime vasculum octoginta continens libras: sed magis paruum aliquid commune.*

### *Curatio secunda, in qua agitur de pleuritide.*

**M**Vlier iuuensis, annua quartana laborauerat, quo in tempore mensis, vt fieri solet, nunquam vedit, pleuritide corripitur. cœpit autem corripi nocte Veneri dicata, hoc est, die Iouis in nocte, ad quam, secunda die sequenti, hoc est, die sabbathi, accessitus, vesperi, iubeo illi, ex eodem latere cubiti axillaris, tundatur vena, & sanguis ad libram integrum extrahatur, & prisana colata penidiis concinnata in ictu, veluti hordeacea aqua proposita, paretur, & fomentum ex rosis, chamaemello, radicibus althææ, foliis maluatum, violarum, semine lini, & simil

similibus compositum, bouina vesica exceptum, dolenti loco calidum applicetur, ac per interualla syrum vio-laceu, ac lambetium de althaea pau-co oxymelicu mixtum lingeret. At as-sistentes alibi forte impediti, sanguinis extractionem in sequentem diem Soli sacramum distulerunt. diluculo igitur ad eam veniens, eam miserrime affigi inueni. Intéssimè à puctura do-lebat, febriebat, gemebat, tussibat, & tota nauseabunda, ac si animam expiraret, videbatur, & non raro in animi deliquium, & defectionem incidebat, & quod peius est, vix eius percipieban-tur pulsus, nihil spuebat, sed multum, & frequenter egerebat, coepit autem aliuus turbari nocte antea, & septies vel octies excreuerat liquida, ferruginea, pessime olentia, cum quibus multa, sed cordate loquebatur. Ego vero morbum grauissimum, vt pote seu am-pleuritatem considerans, à præfigio ha-bitto, quod hac moritura esset, & forte quia interposita erat sanguinis mis-sio, eam relinquere proposueram, ca-terum rogatus, & ne immisericors vi-deret, in cura perficii, & omnia quum æque librarem, iubeo axillarem eius, dem

dem lateris, vt antea agendum com-mendaueram, aperire: occupabat au-tem dolor superiores thoracis dextras costas. extractus itaque est sanguis ad vñcias octo, corruptus, & infectus ad-modum, cuius maiorem quantitatem demere in animo constituerā, ni animi deliquium mulierculæ superuenisset. Ab hac igitur sanguinis missione, mu-liercula hæc melius sensit, eius nanque arteriarū pulsus, clarus percipieban-tur, & nausea evanuit, & respiratio fa-cilior est redditā. Vesperi tandem, ex eodem foramine, quia dolor infesta-bat, quinque alia sanguinis vñciz sunt extractæ, desit nanque sanguis fluere: noctem vero sequentem totam insom-nem træsegit, intense autem doluerat, vt non nisi supina cibaret, in qua bis tantum aliuus citata est, tunc pulsus rectius habebant, sed lotium rubrum, crassum, & turbatū valde erat, ob quæ die Lunæ, prædicta vena iterum secta fuit, & sanguis ad vñcias octo fluxus, qui in vniuersum corruptione maiori quam antea infectus erat. ab hac ve-ro sanguinis missione, expuere coepit, album, coctum, & minime malignum. tunc hac in eodem perseverabat victu-

regiminéue, & eadem dicta gustabat medicamenta, syrum tamen de glycyrhyza per interualla cochleari lambebat, & dolenti loco, cataplasma hoc admouebatur. Rec. chamæmeli, meliloti, radicum maluauisci, foliorum maluarum, branchæ vrñinæ, an. pug. vnum Seminis lini, fœnugræci, an. mancip. vnum. in aqua fiat decoctio sufficiens, & coletur ac in mortario omnia recte terat. quibus adde, olei amygdalarum dulcium, vncias duas, butyri recentis vnciam vnam, & alterius medium, assungia gallinarum vnciam vnam, fatinæ hordei vnciam vnam. Prædicto decocto misce, fac cataplasma, & saepè calidum applicetur: tunc alius constricta est, & die Martis, hoc est, quinto, à morbi initio, omnia eadem erant. sexto, deteriora omnia facta sunt, & luctuosas respirationes expirabat, & sufflabat, & arterię metacarpij ingentem duritiem præ se ferebat, & tam supra quam infra in totum restricta est, nihil nanque expuebat, nec quicquam etiam clysteri injecto, egerebat. Septimo desperata sunt omnia, in fine cuius obiit: obiit autem eadem hora, quā agrotare cœperat: & vt puer,

CVRAT. MED. CENT. VIX. 17  
20, quia primo die prætermissa fuit sanguinis missio, & in sequentem procrastinata.

## S C H O L I A.

*Non est, quod quis mihi obyciat, in hac muliere, quia menses integro anno suppressi erat, ex saphena pedi vena, primo sanguis demensus esset, quando nouerit ille morbum hunc phlegmonem grauissimam, & periculosissem, internam succingensem costas membranam occupantem, esse, à qua omni acta diligentia, non solum materia fluens, sed parata fluere, & ea que actu malam qualitatem, & solutione continuo facit, vacuanda est. Ceterum, quum citius, ex ocyus, secta axillari ea extrahatur, cōsequens est, ex axillari quam saphena, exordiū sumpserimus. Adde, quod si ex saphena sanguis demeretur, ut agrotans brevis iuuentum consequeretur, sanguinis maiorem quantitatem opus esset extrahere, & inde vires magis, & magis labarentur, & per consequens agrotans diem suum citius obiret, quia sanguis inflammationem faciens, non ita cito, & facile vacuaretur. Memistis enim ex Galeno, libris Methodi med. pleuriticis & schœnanticis, & peripneumonicis, viuum robur, vnicam esse salutem, fuit autem pleuritis hæc ex morbis incurabilibus, qui necessario ingulant, & interficiunt, quos attigit.*

*Gal. libris de facult. simpl. med. rbi de bolo armeno agit, veluti alibi sape. Porro si pleuritis hæc, vigente lue pestica contigerat, tunc etiam in viro satius erat à saphena sanguinem demere, quam à vena brachij. Ceterum cur sanguinem extraximus, stante fluxu ventris scholion Curationis sequentis legit.*

### *Curatio tertia, in qua agitur de pleurite.*

**I**osephus Bonus, vir robustus, & fortis, pleurite grauissima correptus est: nam præter accidentia, sive signa propria, sive perpetua, & inseparabilia dicta, fluxum ventris patiebatur, & comatosus, sive soporosus erat, ad quem ingressus medicus, illi sanguinem ex interna brachij vena extrahere iussérat, chirurgus vero, quum internam, & medianam venam occultam inuenit, cephalicam capit is aperuit, secuítue, & sanguinem extraxit. ad eum igitur vocarus ego, quarto die ægritudinis cum pessime habere: deprehendi, omnia enim grauia, & periculo plena erant, qui non nisi vocatus, & incitatus meiebat, vrinam turbatam satis, & pessimam, ut liceat mihi admirari, diuinum senē illum Hippocrate nūquā satis

satis laudatū, libro primo Prædictio-  
nū, qui de hac re ita tradit, Vrinæ quæ minguntur à nō recordatibus, nec comi-  
monē factis, pernitiosæ. Nā hæc minguntur,  
velut si subsidentiam cōturbassēs.  
Caterū, huius vires imbecilles erāt, &  
ventris fluxus fere cohibitus, quibus  
de causis, hunc breui moriturū præsa-  
giūti assilens tamen medicus, illi san-  
guinē mittere ex brachio cōtendebat;  
& accessito chirurgo, vt interna tun-  
deretur. Ecce, deprehendo errorem, vt  
vice axillaris, cephalicam tunderet;  
aperitétue, occultabatur nanque in-  
terna vena, quam tunc indigitamus,  
sed sanguine fluxo, prius habuit, &  
breui postea à viuis decessit.

### *S C H O L I A.*

*Aluerant hic medici, tantum errorum à  
chirurgo venâ feriente; cōmīssum, qui si dōctus  
adesseret medicus, procul ab iō, nō aberraret, nec  
in tam gravius laberetur peccatum. Carent erga  
medici, pācos ægrotantes, & ipsos forlē  
bene nummatib; p̄e manib; habere. sic enim  
vt putostantus nō nasceretur error. sed, vt mea  
fert opinio, errores ijs, & similes, non medicis,  
sed ægrotantium avaritiæ tribuendi sunt: pāco-  
sus nanquo fuerat vir hic, vt audio, tñus elat-*

psis, simile morbum, cui septies sanguis ex brachio extractus fuerat, sed ritina ex vena morbo conueniente. Nam cum pleuritis morbus erat, pro quo curando interna cubiti diligenter secunda erat, & sanguis ex ea oxyfime extractus, medicorum tamen negligencia ex cephalica, siue capitali vena chirurgus sanguinem demebat, quo factum est, quum agrotus nullum consequebatur iuuamen, medici iterum vacuationem repetere iubebant, ita ut septies, hic, ex vena capitis, phlebotomatus fuerit, unde, quia à pleurite, bona sui fortuna, hic euasit, semicoccus tamen, & lingua contracta mansit. rete igitur consulebat Damascenus in suis Aphorismis, ne multorum agrotantium medicus curam haberet, cui omnes hodie docti subscribunt, ad stipulantur. Ceterum, cum ventris fluxum pleuritidi complicatio, periculum dicerem, alter medicus, ex Aucenna oppositum contestabatur, & re vera, Aucenna loco huic dicato negotio, inquit, & fluxus in principio apparens, bonum est signum, re vera tamen medicus ille cœcutiebat, quum ignoraret, profluuium alii ab hoc agroto passum, non esse à natura regulatum, sed verius symptomaticum, & violetum. Si autem initio pleuritidis, fluxus ventris apparuerit, & eo dolor deliteret, & respiratio liberior sit, & symptomata omnia minuantur, vt agrotus melius

CVRAT. MED. CENT. VII. 21  
melius habeat, tunc dubio procul, talis aliis fluxus optimus erit: mea tamen sententia, initio pleuritidis, aliis profluuiis, raro optimū cernitur, sed potius tanquam lethale indicium sepe habetur, quia morborum initio, omnis vacuatio violenta, & symptomatica est: successu vero morbi, profluuium aliui optimum esse poterit, id quod non siliuit Hippocrates, & Galenus libro sexto aphor. enarratione 16. cum dicat, In non periculosa admodum pleurite, sed mediocri, profluuium aliui supraveniens, potest iuuare, ratione vacuationis, & eo magis, si indicia concoctionis fuerint, & morbus iam contra periculum cernitur, que omnia Mesue cordatus practicus, & famigeratissimus medicus non ignoravit.

#### Curatio quarta, in qua agitur de pleurite:

**E**X multis qui pleurite laborant, omnes quibus febris desit, manente adhuc dolore, euaserunt, eorum tamē nonnulli, quibus dolor primo euauit, & febris perseverauit, obierunt, vt nunc verno hoc tempore anni 1560. sepe obseruauimus, in quo epidemicæ pleuritides plures grastabantur, quibus nō pauci laborantes, desinunt

22 . . . AMATI LVSITANI  
febre, manente dolore, & salui omnes fiunt, vt n̄cpos Eben Portæ, & so-  
crus Iacobi Nauarri, & alij. varijs forte  
quia crassior spiritus locum imbecil-  
lem obsedit, & dolorem febre absente,  
incitat, vt proprio suo loco diximus.

### S C H O L I A.

*Satius igitur est, in pleuride febris des-  
nat, etiam si dolor perseveret, quam si contra-  
rio contingat. id quod ante nos memoria com-  
mendauit Anicenna, & alij prisci medici.*

**Curatio quinta**, in qua agitur de com-  
pescendo sanguine, & sectione ue-  
narum sub lingua, superfluente.

**V**ir, cui sub lingua venæ leonina dictæ, sextæ sunt, valde angustia-  
batur, quod ex eis multus fluebat san-  
guis, nec pro eo compescendo reme-  
dium habebatur. Cæterum, post multa  
hinc inde petita, sed frustra actitata,  
iussum fuit, vt agrotus acerrimū ac-  
cum ore teneret, & aliquoties id repe-  
teret. quod, Deus bone, ita contulit, vt  
illoco sanguis constrictus fuerit, & ve-  
næ ipsæ agglutinatae.

### S C H O L I A.

*Et multis, & honestis, ac hominē liberō di-  
gnū*

C V R A T. M E D. C E N T. VII. 23  
gnis artibus, opus est medicus ornetur, vt bo-  
nus & summus euadat, ita oportet, remedii  
non solum exquisiti, er ab India & exteris  
nationibus petiti, inserviūt euadat, sed do-  
mesticis, & paratu facilibus muniatur, vt  
quum opus fuerit, nulla interiecta mora, eisdē  
ratur. periculus est enim, ijs, & similibus in  
morbis, mortem minitantibus, dilationem in  
medicamentis inquirendis interponere.

**Curatio sexta**, in qua agitur de  
Tertiana interficiente.

**S**Olomon Seneor, vir æterna memo-  
ria dignus, ob varias multasq; eius  
heroicas virtutes, quas in præsenti  
subticeo: liberaliter nāque, cum diues  
satis esset, sua pauperibus impartiebat  
bona, & ita alacriter, vt omnibus esset  
admirationi. Is, cum esset temperatu-  
ra sanguineus, obesus, in deliciis a-  
gens, variis affuetus cibariis, inulto ge-  
lu, mellonibus, cucumeribus, peponi-  
bus, & aliis horariis, pessimi succi fru-  
ctibus, ætatis suæ anno 48. vigente au-  
tumno, febre tertiana corripi cœpit,  
ex qua prioribus diebus mundus eu-  
debat, & minorante epoto medicamē-  
to, alio placide respondentे, melius  
habere videbatur. Tertio vero paro-

xy smo, grauius habuit, & re vera à fe-  
bri immunis non fuit, sed per nares  
guttatim sanguis illi fluebat. elapso ve-  
ro quarto paroxysmo , sanguinem ex  
basilica ad sex vncias extrahendū cu-  
rauimus, habitu præfagio , quod post  
sanguinem extractum , quasi deposita  
sarcina, natura melius & alacrius gu-  
bernatura, sanguinem per nares copio-  
se transmissura esset , id quod postea  
omnes ita euenisce viderunt. à sanguini-  
nis missione , peius semper habuit, &  
paroxysmorum varia fuit cōplicatio,  
& confusio, & consequenter ingens vi-  
rium consternatio, tandem septimo pa-  
roxysmo, hoc est 14. die, superueniente,  
non paruo, neque frigido , sed cali-  
do, & copioso sudore, occubuit, & vitā,  
proh dolor, cum morte commutauit.

## S C H O L I A .

*Quod huic non esset extrahendus sanguis  
per venæ sectionem contendebat quidam, nec  
aliam rationem, quam quod alter similis mor-  
bo corruptus, cui extractus fuerat sanguis, ob-  
ierat, afferebat. Ceterum , cum morbus postu-  
laret, ex vires constarent, ex cetera consenti-  
rent, assentirentur, hominius impudentissimi,  
ex artis medica ignorantiissimi , sententiam  
parufecimus, immo confessabamus nos, hunc*

non posse euadere nisi bis, ex ter sanguis abu-  
de ex eo demeretur, quia ingens rigebat ple-  
thora, qua de re, quum repetita sanguinis mis-  
sio non fuit, sed longe prætergressa, diem suum  
obiiit. Memorie revocandum est, Hippocra-  
tem meminisse aliquando , egrotantes omnes  
quibus è naribus sanguinis stillicidium conti-  
git, obiisse, ut nostro euenit agroto, quanquam  
alii, contrarium euenire memoria quoque  
commelauit, ut ex Libris Epid. doctus quis-  
que euadere poterit. Ceterum, hac in curatio-  
ne dubitaret merito aliquis , si die decretoria  
copiosus huic sudor, ex bene calidus superue-  
nit, quomodo tamen è viuis decebat. Nos mul-  
tis respondemus modis , primo, ut verum est,  
quod in declinatione vniuersali morborū ne-  
mo mori potest, ut latius alias diximus citanō  
mirum est, egrotos in paroxysmi particularis  
inclinatione, ob imbecillitatem succumbere ex-  
mori. Obiit autem agrotus hic in morbi au-  
gmento, in quo nunquam concoctio digna con-  
sideratu apparuit. Secundo respondemus, hu-  
morem gignentem sudorem benignum esse, ve-  
nenosum vero ex insufficientem, intus latita-  
re, ex cor, membraque precipua ut à natura  
non regulatum, oppetere. Tertio respondemus,  
ex hora: cum duellum inter morbum & na-  
turam committatur, humor venenosus tan-  
quam bestia fera dormiens irritatur, unde

26 AMATI LVSITANI  
vires succumbunt, & agrotus obiit. quo sit,  
vix in febribus pestilentibus agrotantes diebus  
decretoriis, quam quibusvis aliis diebus, mori  
contingat, ut cum de diebus decretoriis egi, a-  
bunde patefeci. Tu vero candide lector, si hec  
non satisfaciunt, meliora querito, vel nobis-  
cum dicas, hunc pra multitudine humorum,  
quos natura vltimo regulare non valuit, oc-  
cubuisse.

*Curatio septima, de intensissimo ca-  
pitis dolore, post optimum  
partum aborto.*

M Vlier primipara, cum recte pue-  
rum peperisset, & partus purga-  
tio copiose illi responderet, nihilomi-  
nus caput intensissime dolebat, & ven-  
tris dolorem patiebatur, & intensissi-  
mē febriebat. ad quam vocatus, iu-  
beo ex saphena sanguinē mittere co-  
piose, & destillatia ex flore chamæ-  
meli cibere, quibus remediis, opti-  
mo proposito victus ordine, intra bi-  
duum, sanata est. erat enim optimi ha-  
bitus iuuenis hæc, & bene sanguinea.

*Curatio octaua, de capitibz ingenti  
dolore, à uomitu contracto.*

Abra

CVRAT. M E D . C E N T . VII. 27

**A** Brahamus, qui antea ex Meliten-  
sis miles erat, quum multa ma-  
gno impetu vomeret forte ob grauia  
comesta cibaria, ita caput doluit, vt  
vertiginosam quandam affectionem  
inde contraxerit, adeo vt cum in cubi-  
li staret, leuareturve ex eo, omnia cir-  
cumrotari, & in gyrum verti, illi vide-  
rentur: non febriebat, sed multum de  
capite querebatur. hic à clysteri inie-  
cto, & cucurbitulis secta cute, scapulis  
affixis, & roborato ventriculo, & quiete  
habita, ac frictionibus, brachiis &  
cruribus celebratis, intra triduum re-  
ste habuit, vt liceat clamare veridicū,  
& diuinū axioma illud, Contrariorum  
contraria sunt remedia.

*Curatio nona, in qua agitur  
de uermibus.*

**Q** Vum intense febriter, & de ven-  
tre quereretur puella annos na-  
ta sex, & filia vidua Caua-  
lerij medici, ad eam sum vocatus, cui  
cum electarium nostrū è semine xan-  
thonico, & paucō rhabarbaro, exiguō-  
que albo agarico apparatum, vt supe-  
rioribus libris legit̄, darem, plures  
egessit vermes, & breui sanata est, ve-  
lu

Iuti filiolus Abrahāmī Hodarē, & puer ex Melitensibus militis supra citati, & puella Sagaciorum, varie tamen medicamentū hoc paro, offerōve, cùm forma, tum pondere, aliquando oxymelli te dissolutū, nonnunquam vero opia ta forma apparatum, prout pueri magis appetunt, idque nonnunquam supra epoto vino, aliquando aqua graminis, vel destillatitia portulacæ, aut eius decocto, prout vires constant, & symptomata vrgent.

*Curatio decima, in qua agitur de opisthotono, hoc est, capitis cum ceruice ad posteriora tensione retraktionē.*

**M**Vlier Romana, annos nata quinque supra quadraginta, repente opisthotono correpta fuit, caput nanque cum ceruice ad posteriora contracta habebat, cum quibus & dentes claviculatos habebat, vt vix ad sorbitiones per os iniiciendas, mulierculæ affistentes, cuneolis aperire poterant, nā & linguam contractam quoque habebat, & intense dolebat, & angustiabatur:

tur: sœus nanque & crudelis morbus hic est, ex quo, per interualla, misera hæc ita acriter vexabatur, cruciabaturve, vt à ceruice ad calcaneum omnia illi retrahi, auellive deploraret, incipiebat nanque retractio, distensiōve hæc (vt ipsa aiebat) à medio scapularum, quæ inde per spinam, & crura ad calcaneum usque distendebat, vt non solum cum ceruice caput, sed vniuersum eius corpus tunc ad posteriora cōtrahi videretur, & tunc exululabat, & fortiter dolebat, non tantum posteriores partes, sed ventriculi quoq; os: sed id forte consortij ratione: est nanque casus is miserādus: & re vera omnes qui misellam hanc videbant, eius miserabantur. ad quam. vocatus ego, & prædicta perpendens, æquilibrásve, iubeo huic victus sint, oua recentia: paucō cinnamomo supra resperso, aut gallinæ iusculum, aut ex eius pectusculo paratū contusum, & aromatis concinnatum, potus vero, aqua cinnamomo, aut semine anisi incocta: iis paucis propositis, bolū diaphœnicone, & speciebus hyeræ constantem, deglutendum illi dedimus, quo alius optime respondit, postea vero clysteres acres inicie

30 AMATI LVSITANI  
iniiciebantur, & ceruix cum tota dorsum  
spina ex oleo lilio, & vulpino inunge-  
batur. clapsis vero duobus diebus, cu-  
curbitas sex, secta cute, affigi iussi,  
duas ad ceruicem, totidem infra sca-  
pulas, ab utraque spine parte, & duas  
ad nates: quibus magnum est conse-  
quuta iuuamentum, symptomata nan-  
que ex parte remissa sunt, & os aperiri  
coepit, & lingua in proprium suum lo-  
cum se recepit, tunc vero ex oleo de ca-  
stereo calente, prædictæ illinebantur  
partes, & tota ceruix succida lana fas-  
ciabatur, & singulis auroris, stomacho  
ieinno, aut syrūpum de stœchade com-  
positū, adiecto decocto ex maiorana,  
pulegio, stœchade, origano, & similibus  
confecto, aut semiunciam theriaces  
diatessaron dictæ, accipiebat, post quæ  
præparata expulsiōni materia, quia ca-  
rapotia nondū deglutiōre valebat, phar-  
macum pituitam respiciens (a pituita  
nāque morbis hic ortum traxerat)  
ebibit, quo multa egressit pituitosa, &  
melius habuit. Tunc vero, sequenti-  
bus diebus, circa castoreū omnia ver-  
fabantur, tam intus ebibitum, quam  
foris applicitum, bibebat autem se-  
midrachmam prō viē, aut prædicto  
syrupo

CVRAT. MED. CENT. VII. 31  
syrupo mistam, aut theriacæ comme-  
moratæ obuolutam, quibus, & frictio-  
nibus admisisse, intra mensem sanata  
præter omnium spem est. agebat au-  
tem mulier hæc apud eos, qui ex Ap-  
pulia sunt. Porro Abrahamus Boto-  
nius mercator diues, hyemalibus mē-  
sibus, tetano correptus fuit. eius nan-  
que ceruix, recta intendebatur, & ad  
latus non mouebatur, ex quo morbo  
grauissime dolebat, qui cum cucurbi-  
tulas incisa cute non admisit, etiam si  
vesicæ, & fomenta, & vtriculi, ex oleis  
calidis apponebantur ceruici, & om-  
nia per necessaria exercebantur, non  
ita facile tamen sanitatem adeptus  
est, etiam si febres mites illi superue-  
nirent. erat autem vir hic annos natus  
sexaginta fere, carnosus, statuta pro-  
cera, temperatura optima, qui paucos  
post menses, ex alio morbo, & audio,  
diem suum obiit.

3 C H O L E A. 31  
Herodotus non postremē note medicus,  
libro definitionum illo, qui falso sub Galeni  
titulo, paſsim circumfertur, inquit, Spasmus,  
sive conniſſio est affectus, qui neruū, ac maf-  
cula accidit, quem modo tectū corpus, modo  
pars eius, citra voluntatem trahitur. que fa-

ne definitio, multū accedere videtur ad eam, quam Galenus libro secundo de Symp. causis, eiusdem numeri capite, & libro sexto aphor. enarratione 39. & libro de tremore, & palpitatione, prope finem, & saepe alibi memoriae commendauit, dicens: Convulsio est, que neruos musculosque ad eundem cogit affectum, in quem ab animali facultate, quum naturalem habitum seruarent, ducebantur: si nangue facies, aut eius aliqua pars affecta convulsione est, tunc cerebri neruos male affici, certum est: si vero totum corpus, aut eius aliqua pars, dempta facie, tunc aut à nucha, aut ab spina, exortos male affectos esse neruos, prout doctus coniectat medicus, Galenus est auctor, libro 3. de locis affectis, capite de Apoplexia, ad hunc dicens modum, Si toti corpori convulsio acciderit, spina initium affectum esse declarat, facie partibus omnino seruatis ilesis, quod si he quoque afficiantur, cerebro iam illatam esse noxam ostenditur: ubi vero pars aliqua convulsa est, neruum qui eius motioni deputatus est, aut muscularum affici necesse est. Igitur si ex anatomia nervorum, ad singulas partes venientium principia didiceris, per quam facile earum, & sensum & motum deperditum curabis. ex his igitur Galeni dictis, nostra manifesta satis evadunt. Ceterum adserendum duximus, quod in convulsione tria ha

habentur, convulsio, siue malus ille motus involuntarius, mala figura, & malus humor, siue mala intemperies humida, vel secca. Nam malus ille motus involuntarius, siue depravatus, morbus non est, sed symptoma potius, ut meminit Galenus libro 5. de Symp. causis. At mala membra figura, morbus in positione siue situ est, erit igitur, in hoc casu morbus descendens, mala intemperies ab humiditate orta, vel potius humiditas ipsa immediate operationem ledens, velut siccitas in convulsione ex inanitione facta: nec enim refert, idem causam, & morbum dici, ut lapis in vesica; quoties enim lapis vesica imam partem occupat, offendit, tunc morbi causa dicitur: quum vero eius via collis, & causa, & morbus obstruens, merito appellabitur. sed haec sic per transennam sine dicta, non ignorantibus nobis priscū illud, & hodie satis exagitatum dubium, de causa coniuncta. porrò ex Hippocrate lib. 6. aphor. 39. vobis notum esse haud dubito, convulsionem fieri, vel à repletione, vel inanitione: à repletione, quoties nervi humiditate repleti, latiores facti, eduntur; ab inanitione vero, quoties nimia siccitate contrahuntur, ut sidiculis, chordis ve lycis, & corijs, lorisque nimia humiditas, aut igni expositus, evenire quoque notamus, unde Galenus, libro octavo de Comp. med. sec. loc. præter repletionem, & inanitionem,

nullam aliam reperi in conuulsionis causam dixit. Quod intelligi relim de conuulsione facta per essentiam, sive primogeniam affectionem, ut ex ipso Galeno elicetur, lib. 5. aphor. enarratione prima, nam preter has duas conuulsionis species, longe differens tertia quae per consensem, aut communionem fieri solet, habetur, quam non proportionata ad materiam Anicenna et eius sequaces non insulse appellatae solent: quia in ea nulla est materia nervos. sua repletione ledens, aut extendens, nec iniunio, quia nervi neque vacui neque inanitione aliqua sunt affecti. Fit igitur conuulsionis hæc non proportionata ad materiam dicta, cum res noxia, aut acris, aut vellicans, nervis suam impariatur noxiam. tunc nang; nervi contrahuntur, et originem suam querunt. Nec Galenus hanc unquam præteriuit, sed eam potius memorie commendauit, ultimus lineus libri duodecimi Meliodi med. Sic enim pro corona die Galenus ait, Conuulsionis fit, vel ex plenitudine nervosarum partium, vel ex mordente et tenue humore, qui nervosa corpora rodat, vel ex ingenti frigore, quod tale quippiam quale gelu efficit. quarta, que ex nervosarum partium siccitate prouenit, et insanabilis est. Per ea igitur verba, que Gal. ait, ex mordente et tenue humore conuulsionem fieri, hanc non proportionatam ad materiam intelligimus, que

et ab

ab ingenti frigore, fieri quoque potest. sed eam clarissimus libro artis medicinalis Galenus ipse descripsit, cum dicat, Nervi vero et tendonis punctura, propter sensus vehementiam, et quoniam haec pars principio continuatur, prompta est ad nervorum conuulsionem exercitandam, et cetera. Per communionem namque conuulsionis hæc sit, quæ iuste non proportionata ad materiam dici meretur. Porro, quā tribus modis nervi et musculi depravato motu moveri soleant, fit inde quod conuulsionis tres describantur ab authoribus species, sive differentie. Nam si membrum ad anteriorem partem trahitur, ea conuulsionis emprosthotonus appellatur, cum vero ad posteriorem, opisthotonus, quā agrotas nostra passa est, in qua vel Hippocrate teste, in calce libri de internis affectionibus, et Paulo, libro 3. sue medicina, retro in cervice tendines, nervi et musculi agrotas, veluti in emprosthotono, anteriores, sed in agrotante ista, non solum partes posteriores, lese erant, sed etiam cerebrum ipsum, id quod mandibula male affecta, et dentium constrictio, et lingue retractio, attestabantur, unde et capiti quoque subuenimas. Tertia namque species Tetanos dicitur, quam Celsus, Rigore appellat, et fit, quoties membrum recte intertranque partem inteditur, quia nervi aque ab irraue parte trahunt. Et hanc passus est

*Abrahamus Botonius, ad quē elapsis virginis diebus, accedens ego, ipsum acriter dolere inueni, & ut tunc miliū retulit, primis diebus illis ad posteriora caput trahebatur, sed postea recta ceruix mansit, ex qua multum dolebat. hinc enim Oribasium ego multis laudibus extollo, ut qui in tetani curatione, ex Philumeno, præter vesicam oleo calido repletam, & ceruici admotam, iubet cataplasmata, & remedia non solum comprehendant ceruicem, sed vtranque maxillam, totamque spinam, ad lumbos usque. Sed iam nunc iustum est inquiramus, à quo humore morbus hic ortum trahat, hoc est, conuulsio, ex plenitudine facta, & qua repente, aut non multo post aliquem morbum oriri incipit. Galenus igitur libro 5. aphorism. enarratione quinta, & libro 2. eiusdem voluminis, enarratione 26. veluti multis abis sue doctrine locis, firmat, conuulsionem, à materia pituitosa fieri, quamquam libro 12. Meth. med. ut supra iam memini, tradat, conuulsionem fieri posse à frigore intenso, & gelu operante, quod nervos rigidos & concretos reddit. id quod Paulus Aegineta eius simia, imitari videtur, quem tradat libro 3. sue medicinae, capite 20. ex Pelopis Galeni præceptoris documento, conuulsionem, siue eius differentias fieri, ab spiritu crasso, & vt glacie concreto, intra nervos contecto, qui difficulter,*

*& contumaciter mouetur, & non nisi cibdis & fiscis medicamentis dissoluntur, & curatur. Hos præclaros Authores imitatus Auerrois libro 3. sue medicinae, dixit, conuulsionem affectu fieri: at nanque Auerrois, nervos recepiiores esse pituita, quam alterius eiusq; humoris, ex qua pituita, innati calidi beneficio, flatus, siue spiritus resultat, qui maius occupas in nervis ipsis spatium, in causa est quod ipsi contrahantur, conuellantur. Et rectius forte dixerimus, si Auerrois Galenum imitatur, libro 3. de locis affectis, capite quinto, in quo de morbo comitiali, totius corporis conuulsione universalis, agit, qui non ab ariditate, vacuatione, talem morbum fieri, sed ab humore crasso, breui tamen à cerebro concusso, tradat. Aucenna vero sen. 2. libritertij, tract. 5. eiusdem numeri capite, inquit, spasmus siue conuulsionem plerunque à pituita fieri, aliquando vero, à melancholia, tertio vero, & rariis, à sanguine, præcipue phlegmonem in musculo lignente, ut Gentilis ibi enarrat: coniectat nanque Gentilis de Fulgineo, quod sanguis conuulsionem facere non potest, nisi inflammationem creando. Nos, ne amplius discurramus, breui cum Galeno, & Paulo dicamus, conuulsionem ex plenitudine plerunque à pituita multo spiritui flatuoso mista, euenire, qua pituita, & flatus non raro vt glacies infrigidat*

unde nervi rigidi & concreti manent, veluti  
animales spiritus intra eos contenti: qui si in  
cerebro ita nervi afficerentur, proculdabio, ca-  
talepsis m. rbus, recentioribus congelatio, orire-  
tur, ut Curat. 14. Cent. 2. dixi: non est tamen  
negandum, quod non nulla leuiores convul-  
siones à flatu tantum dignantur, ut cruribus  
sepe euenire notant homines, præcipue natato-  
res, non sine eorum ingenti pernicie: repente  
vanque morbus hic apprehendit, & breui di-  
mittit, quem Hispani C. lambram, Itali cran-  
fium, aut granulum appellare solent. à frigi-  
ditate nanque, ut ad Galenum revertamur,  
libro 12. Methyl. med. non solum convulsio, nō  
proportionata ad materiam, ut Aescena vult,  
fieri solet, sed etiam qua à plenitudine eriri  
solet: si quis nanque potens, & validum ita  
vapores crassos in nervorum substantia redde-  
re poterit, ut sua crassitudine, et humoris sub-  
stantia eos coarctet, & replete, ac postea ipsi  
convulsionem pariant. à bile vero convulsio si-  
fit, ea ab eius acredine, & mordacitate fit, que  
ad non proportionatam materiam merito re-  
ferti debet, ut ex Galeno diximus, & Aescena  
firmat, citato à nobis loco.

Consequens est, hic secundum proponamus  
dubium, si verum est, quod convulsio à pituita  
fit, ut Galeno placere dixi, cur est, quod ab  
haec eadem pituita nervi imbibita, non ma-

git oritur resolutio, paralysis dicta, quām spaf-  
mus sine convulsio. Auerois citato à nobis lo-  
co, libro 3. suis collectorij, ob hoc dubium an-  
ceps, opinatus est, convulsionem non ab humo-  
re, sed à flatu potius ortum trahere; quia si pi-  
tuita nervi imbibita esset, perinde ratio mili-  
taret, quod ab ea non tam convulsio quām re-  
solutio, sine paralysis fieret. At Auerois in  
hoc parcat, quia et si insignis fuit philosophus,  
non a deo tamen in medicina excelluit, ut illa  
authoritatem dare debeamus: nec enim ipse  
nousit differentiam habitam inter obstruc-  
tionem, à qua sit convulsio, & eam à qua ortum  
trahit resolutio: quam nos nunc ad omnium  
vitilitatem scriptis mandamus & sic habet:  
Quando pituita, vel materia alia, nervorum  
amplos occupat meatus, tunc convulsio oritur,  
quando vero non solum amplos, & latos, sed  
exiguios & arctos, ut nulla restet via, aut spi-  
ritibus transitus, tunc paroxysmis, sine resolutio  
membrī fit. Hoc autem nostrum responsum  
presupponit, nervos, vias, & expiramenta ha-  
bere, id quod Gal. de pisoris, non negat, de  
reliquis vero, anceps & dubius est. Tertium  
dubium occurrit, quod Auerois proponit, &  
est, cur in convulsione & plenitudine, nervi  
secundum latitudinem extehantur, secundum  
vero longitudinem contrahantur, ac non alia  
suscipient figuram, & alterationem: respon-

sum est, quod spiramenta, pori dicti, ad latus, id est, secundum latitudinem iacent, id quod in spongiis quoque cernitur, que cum sint aqua plena, et farcita, secundum latitudinem extenduntur, et curta evadunt. Sed queret curiosus iuuenis, cur natura secundum latitudinem spiramenta constituit, quam secundum aliam dimensionem magis nos huic dubio per amplam respondendi licentiam Cardano Mediolanensi, viro sapientissimo, et subtilissimo, hodie cum suis subtilitatibus damus, nobis vero satis est dubium proposuisse. Ceterum in tetano, et eius speciebus, cucurbitulas secta cute, abnegare, hominis est ineptissimi, et medicam artem in totum ignorantis. iubent namque docti Gracie medici omnes hoc in casu, cucurbitae affigantur cervici, et lumbis iuxta spinam, et alii locis: ut Paulus ait, cum lancinatu, hoc est, ut Orbasius antea in suo Compendio dixerat, incisa cute: Nam leues, absque cutis incisione, dictae cucurbitae, noxam, et damnum inferre solent, ut experientia deprehensum est in Abrahamo, à nobiscitato. quem namque consulsum erat, ut cucurbitae affigerentur, cute secta, ille medici cuiusdam monitis, absque scarificatione eas adfigiuerunt, unde peius postea habuit: sed medicus hic, ut minus instructus in doctorum medicorum doctrina, relinq

linquendus est: Aucenna namque capite 10. predicti libri, ita inquit, tetano eadem debetur curatio, que spasmo sibi solet. Verum tamen cucurbitularum rhus magis requiritur in tetano quam in spasmo, quia earum beneficio reuiuscit calor, sintque incisa cute, praesertim super cervices, et lumbos, ab utraque parte spine, et pectus, et pectoralia. Ex iis namque Aucenae verbis satis constat, quam in epte medicus ille loquebatur. Sed ex Gentilis, cui ille multum tribuebat, cum Graciu sapientibus, cucurbitularum sicciorum nocumentum manus facit, quam id quod ex secta cute, admotis oriri poterat. Reliquum est dicere, nos frigide affusionem, pro conuulsionis curatione, ut maxime temerariam pretermittimus: qua de causa, Marco Catmario nullam fidem hoc in casu tribuimus, qui per eius affusionem, curationem moliri suadet. Sed iam conuulsionem vacuationem sequentem, miram audiamus, que ab hinc quindecim annis curationem non recipit.

*Curatio secunda, in qua agitur  
de conuulsione inanitionem  
sequente, habita in cruri-  
bus.*

Saussus Lumbrosus , vir annos natu triginta , temperatura cum sanguineus , & optimi habitus esset , crura tamen gracilia , plusquam tanto habitui conuenirent habebat . Is forte cum plus iusto coiret , in utriusque cruris conuulsionē lapsus est , quæ dubio procul ab inanitione ortum traxerat , nimia nanque siccitate , contracta à coitu , nerui qui in crura diuariuntur , male affecti sunt , quam malam affectionem , siue neurorū siccissimam intemperiem , conuulsio , siue spasmus de inanitione , symptoma graue , & serè immedicable , consequutum est . pro quo curando , guayaci decocto , tenuissima victus ratione proposita , tunc sinistre ad multos dies usus est , quo , vt consequens erat , peius habuit , & eo peius , post usum balncorum Patauorum , & exuberantem crurium sudorem , inibi per foramen conquisitum , quibus omnibus , nerui magis affliccati sunt , & crura ipsa , graciliora reddita , & impensis contracta , neque pro hoc iuuando viro , nobili , & diuite , defuerunt remedia multa , & varia , longo tempore , per Brasauolum virum longiori vita dignum exercita , veluti per varios plerosque

CVRAT. MED. CENT. VII. 43  
rosque alios doctos homines , & non nullos empiricos , sed absq; fructu villo : agitur namq; decimus quintus annus , ex quo vir hic hoc cōsenescit morbo , nunc vero postquā Thessalonicens venit , ab eo rogatus , morbum tentare cœpi , qui cū siccitas ingēs sit , caliditati complicata , pro eo domando , videntur , curationis scopus erit , vitiatas particulas humectare idq; citra calorem . At cū frigiditas neruis sit ( docente Hippocrate ) inimica , contraria caliditas amica , in actuosis iis qualitatibus medium tenere , consultum erat . Victus igitur ratio , aliquantulum copiosa , pro virium robore , offerebatur , quæ prædictas sortiebatur qualitates , & optimum adgenerabat succum , & hac de causa , singulis auroris , ieiuno ventriculo , singulas lactis caprini re cens muleti , gabatas , adiecto saccharo , exhatiebat , vel eius vicem ius capi , luteo recentis oui confuso , pensabat : dein vero leuiori pharmaco subducta aluo , balneo ex capite veruecis apparato , adiectis althææ radicibus , lini semine , maluis , & nonnullis lilij albi radicibus , crura fouebantur , neque eo impense sudarent permittebam :

bam: timor autem erat, proprium eorum humidum exauriri, immo tunc veteri oleo affricari leniter persuadet: asservabatur autem vetus oleum hoc hydria quadam à tempore Antonini Imperatoris, ut ex Græcula inscriptione affixa lapidi, hydriam contingente percipiebatur, quæ fundamentis, Christianorum facelli cuiusdam, reposita, superioribus diebus per Turcas vastata, inuenta fuit: antiquissimum igitur oleum hoc satius dixerimus vnguentum & figura, & forma, respondens, quo ut dixi, hic saepè crura inungebat. Sed & renes huius, à nobis obliuioni non tradebantur, ut qui natura calidissimi erant, & ex eis, per partium continuitatem, nerii, arteriae, & venæ, quæ ad inferiores partes deducuntur, sicciores euadebant: qua de re pro eis contemperandis, alterans, vnguento rosaceo, vel Galeni refrigerante dicto, saepè vtebamur, veluti infusis, ex lacte ouillo, caprinoue, aut maluæ decocto, rosaceo, aut violaceo, amygdalinoue dulci oleo, iniecto, compositis, non relicto saccharo, luteoue oui recentis: quibus omnibus, & variis aliis similibus, longo tem-

CVRAT. MED. CENT. VII. 45  
tempore usus est, ac tandem ferreo instrumento ad id à nobis machinato crus dextrum quod magis affligit, & gracilis habetur, & saepius retrahitur dextre, & paulatim successu horis, extendebatur, immo postea, ad thermas quasdam, non procul à Thessalonicensi agro habitas, sulphure, & bituminis compositas, iuit, ybi & luto quodam, à Græcis satis commendato, se nō semel lutauit, proluvit. sed ut paucis absoluam, absque profectu vlo. crediderim autem ipse, iam nunc horum membrorum intemperiem factam esse, atque inde hunc in priorem statum nunquam redditur.

*Curatio duodecima, in qua agitur de fluxu uentris ab atra bile orto.*

S Amaya Constantinopolitanus, qui regios reditus apud ciuitatem Xeres procurabat, fluxu ventris repente correptus fuit. ad quem vocatus, cum intestinorū tormina siue dysenteriam, à nigra bile ortam, pati deprehendo. Erat enim vir hic natura robustus, etatis quadraginta annorum, qui cū graueriter corriperetur, & male haberet, à præfigio habito, quod breui moriturus

rus esset, discessimus. obiit autem 14. morbi die. porrò Abrahamus Pintus puer vndeclim annorum, ex iecoraria, sive cruenta dysenteria, è viuis decessit.

## S C H O L I A.

*Quantum autem interfit inter lysenteriam cruentam, sive hepaticam, iecorariam dictam, & eam, qua à nigra sive atramentaria bile venit, ex libris superioribus docti estis.*

*Curatio decimatercia, in qua agitur de pleuritide.*

**S**arcinatōr Sanctaranensis, vir sexaginta natus annos, sœua corripiebatur pleuritide, ad quē vocatus, clapsis sex iam diebus, eum maximo dolore affici inueni, qua de re ille ut sanguinem illi ex brachio demere iubarem à me enixe flagitabat: ego vero hominis senis vires imbecilles considerans, & humorum obedientiā (multa nanque excrebat, & cocta) sanguinis missionem respui; celebratis naanque cæteris pleuritidi pernecessariis, rectius habebat, tandem ebibito Acgypticæ filique atramento, decocto pectorali excepto, recte intra viginti dies habuit. eo modo à pleuritide curata fuit

fuit vxor doctoris Aragonensium, quæ & ipsa sexaginaria cum esset, absque sanguinis extractione libera evasit.

*Curatio decimaquarta, de intensissimo dolore mediastinum infestante.*

**D**AVID Galaicus, sive Galeucus, quū expte podagra grauiter tētari soleat, & nunc ex ea lecto decumberet, intensissimo & miserando dolore, in medio pectoris affligi coepit, adeo ut ex eo miserrime vociferaretur, nec ad latus volvi posset. immo se mori, si modo tāto malo remedium breui non daretur, alta mente clamabat. ad quem accersitus ego, internam brachij dextri venam aperire, sanguinisque vncias octo fluere, ac apponetur sacculus furfure & sale semiplenus iubeo, quibus peractis, febricula detesta est, & dolor eodem modo perseuerabar, afflgebátue, vnde à clysteri iniesto, quo multa & varia egessit, iterum eadem vena sinistro tamen in brachio, secta est, & sanguinis vnciæ decem extractæ, & loco dolenti topicum remediu appositum, hoc est, vesica sequenti decocto semiplena, habet decoctum sic, R. parietariz, chamæmeli, meliloti, anethi,

thi, radicum althææ, foliorum maluum, semenis lini, ana pug. vnum, libris octo aquæ excipientur, & fiat decoctio sufficiens, & coletur, ex quo decocto, adiecto paucō oleo chamæmelino, anethino, & rosaceo, vesica calida loco affecto applicita fuit, quod si ægrotus dolore eo modo infestaretur, potionem hanc ebiberet, suasi, R. syrapi violacei recentis vncias duas, decoctionis chamæmeli, auethi vncias quinq; thiphæ magna cum opio, drach. duas, misce, & bis totam absoluat. cæterum omnibus peractis, ac potionē dicta ebibita, liber, & sanus à tanto dolore, & malo euasit.

## S C H O L I A.

*Nisi enim ita huius morbi initio succurrem, in phlegmonem dubio procul ægrotus hic perueniret, quā practici in mediaстino pleurit in appellare solent. Est autē mediaстinus, vt ex hominis fabrica percipitur, & Galenus recte depingit, libro sexto de r̄su part. non vna membrana, sed duo interstitia, quæ veteres Graci, dixerint, ut r̄x, id est, membranas intersepientes appellauerunt, neotericū nang; & recens, mediaстini nomen est: dicamus igitur, Mediaстinus gemini pâniculi sunt, versus dorsum contigui, distâtes vero anteriori parte: qui, pectus*

pectus secundū longitudinem dividunt, hoc est, per medium, in dextram & sinistram partem & intra hos duos parietes sunt, capsula cordis, & ipsum cor, & rene caue pars, siue alueus in dextrum sinus cordis insertus, dividunt & pulmonem, vt gemina sit spirationis copia, vt altera parte leſa, altera tamen in officio sit.

Curatio decimaquinta, in qua agitur de utraque dysenteria, & quod in eis sanguinis extractio multum iuuit, simulque de fluxu stercorario.

A D virum illum, qui dysenteriam diutinam, & forte triginta dieum ingēti cū febre patiebatur, & post multa & varia adhibita remedia, imbecillis, & gracilis est factus, perseuerante etiam fluxu ventris, multo cū sanguine, medicus cordarus ingressus est, cui sanguinem ex basilica dextri brachij extraxit, sed quanto iuuamento, audite: illico ( mirum dictu ) sanguis cohibitus fuit, perseuerante adhuc fluxu ventris. Cæterum, saccharo rosaceo ad aliquot dies ingestō, & nonnullis iniectis clysteribus, & topicis constrin gentibus, remedii applicatis, alius in totum restricta est, adeo vt ab eo postea cincta stercora, dura, multa, magna,

& ferè asinorum essent. Cæterum fuit dysenteria hæc primo iecoraria, siue cruēta, ex qua, intestina temporis successu exulcerata sunt, vnde factum est, quod sanguis post sectā basilicam, restringit fit. aduertat igitur medici, qui ob vnum Galeni verbulum, non satis forte intellectum, in torminibus intestinorū dysenteria dicta, sanguinis extractionem formidat, vt vberius libris prioribus dixi. Consonum est hic annectere sequētē casum, Solomon Machorrus, vir annos natūs quadraginta, temperatura atrabiliarius, inchoante autumno febre continua coripi cœpit, & nihil sua sponte nisi clysteribus adiutus egerebat, cæterū, à dato phar-maco, multa liquida egestit, inter quæ, prædura quedā cernebatur, quo influxu hic multos dies perseverauit, & eū nullis clysmis, aut restringēdi vim habentibus medicinis constringere voluimus: ventriculi tamē os, & iecur corroborabamus, suadēte sic Auicēna, quum de fluxu melancholico, & splenetico, feni. 16. libri tertij, cap. quinto, agit, sa-pe nanque in hoc fluxu, vt dixi, stercora duriuscula notabamus: elapsis tamē vigintiquinque diebus, febris desit,

C V R A T . M E D . C E N T . V I I . 51  
desit, & tunc stercora prædura, multa, & magna singulis diebus hic egerebat, neque quiescebat quousque foras ea mittebat; persentiebat nanque ægrotus intra intestina, quum ad exitū parabantur stercora hæc prædura, sicca, magna, asinorum modo, pro quibus facile deponendis præpingua iuscula meis monitis bibebat, & tandem, Dei misericordia, post difficultem convalescentiam, sanatus est.

## S C H O L I A.

Iustum erit inquirere, an de novo stercora predura hoc in fluxu cōspectu gignebat, an vero ante morbi iam erant, ex indies excrebantur, rescebatur nanq; ægrotus hic pri-sana farris, ex postea galimaceorū insculis, ouis recentis lates cōfuso, ex eorū carnibus, ex quibus egestiones non solum humorales, sed cibum referentes, cibales medici appellamus. gigni poterant: ad h.c. sicca, & prædura, quia tēperatura sua, vir hic atrabiliarius est, exustus, coloris nigelli, intestina sicca natura habet: vnde sanitatis tempore, vt ait, etiā prædura deūcit, faciunt ijs, quod iecur per mesaraicas venas, ex gracilioribus intestinu multas, & subtiletes chylī partes exugebat, vnde materias stercora parata, crida, & sicca manebat, adeo vt die-

cendū videatur, prædura hac stercore de novo  
gigni. In contrarium alter opponitur, dicendo,  
de novo hac fieri non posse, quia pauca, &  
liquidā agrotus comedebat, ex quibus fieri tan-  
tam mollem & stercoris duritatem impossibile  
videtur: proinde ante morbum, materiam ali-  
quam intestinis affixā esse, ascitio calore pu-  
trefactā, ex qua stercore successivis diebus sic  
prædura exibant, pro firmo tenebat, addebāt.  
que, cæco in intestino hac tam longo tempo-  
re asseruari posse, quia experientia deprehen-  
sum est, quidam Maio mense cerasa comedit,  
& Ianuario, ea egesit, ut practici omnes af-  
fentiuntur, & nos illis subscribimus. Secun-  
dum dubium hic præterire non est, in longo  
intestinorum fluxu, ubi tanta materia asser-  
vabatur, quia sepe centies magis quam in in-  
testinis contineri poterat, deicitur: responsum  
est, non solum materiam ab intestinis conten-  
tam, sed à cibis, & potu contractam egeri, ve-  
luti totius corporis humiditates non tam com-  
munes, quam membrorū substantias, que  
ad intestina corruiat debilia, & forte calida-  
te, & pessima qualitate affecta, ex quibus, vt  
potè imbecilibus & laxis, retineri nō possunt.  
& sic corruit & foras veniūt, quo sit, ut cor-  
pus in dies gracilis evadat, & tabescat. A N-  
D R O N I V S. Si ita res habet, non absurdum  
esset, primo proposito dubio, respondere, aridum  
stercus,

stercus, ab humore atrabiliario, crasso &  
multo, sepe ab splene, vel aliis membris deci-  
so, fieri. AMATVS. Hoc fieri posse non nego, sed  
dicta mihi magis arrident.

### Curatio decimasexta, in qua agitur de sanguinis reiectione.

**M**VLIER iuuenis, annos nata virgin-  
ti, temperatura sanguinea, absq; oculorum & capitis, vel membra alte-  
rius, totius corporis dolore, repente in  
sanguinis reiectionem cum tussicu-  
la incidit, & eam quidem ob venam  
ruptam, non vero erosam, à multitudi-  
ne, & humorum acutie venientē, mul-  
tus nanque biliosus sanguis in huius  
corpo rite vigebat, qui ob potum vini  
gingibere & caryophyllis, confecti,  
magis fuit subtiliatus, ex quo vena  
plus iusto dilatata, disrupta est, & tan-  
dem agrotans multū sanguinis viu-  
di, absq; sputo reiectabat, nullū sentie-  
bat in pectori dolorem, nullam anxiety-  
tudinem, aut animi turbationē: quan-  
do tamen sanguis foras venire paraba-  
tur, in colli parte inferiori lœua, velli-  
cationem persentiebat quandā, quam  
non pauci alij hac affectione pessima-  
detenti, ita quoque senserant, sed præ-

34 AMATI L VSITANI  
ter hac dicta coniecto , huic biduum,  
triduumne tantum remorari suos so-  
litos menses , ac ea de causa , à san-  
guinis missione ex saphena initium  
facere, optimum esse consilium: Cæte-  
rum, quum pedis vena nō apparuit, ex  
basilica, primo ex infuso exonerata al-  
uo, sanguis extractus fuit, & potio hæc  
descripta, Rec. rob myrtillorum , sy-  
rupi papaueris compositi , an. vnc. j.  
aquæ calybeatæ vnc. iij. pulueris tro-  
chisorum de carabo cum opio drach.  
j. misce. fiat potio, quam mane & vespe-  
ri absolvebat ; item vt lingeret, ecleg-  
ma hoc paratum fuit, R. radicis sym-  
phiti vnc.l.seminis papaueris, lactucæ,  
portulacæ , plantaginis ana drach. ij.  
gummi arabici , gummi tragacanthi  
ana drach.l. lapidis haemathitis, optri-  
mi, & veri drach.j. omnia syrupo rosa-  
cco ex rosis siccis , vel miua cydonio-  
rum simplici , vel myrtillorum robo,  
excipientur, & misceto, & facito lami-  
betium , quod ore per interualla te-  
neat , quo usque calore ipso oris lique-  
scat, & asperam arteriam intret. At pro  
cibo hic panatellam ex amylo , vel si-  
milagine sumachiorum semine appa-  
ratam habebat, pro potu vero aquam  
chalyb

CVRAT. MED. CENT. VII. 55  
chalybeatam , quæ & pro condiendis  
cibariis deseruiebat. Sequenti nocte  
& sanguinem reiecit, non tam magna  
tamen quantitate, vnde de saphena a-  
perienda solliciti admodum fuimus, ex  
qua secta, sanguis large fuit extractus,  
& cætera dicta celebrata: tunc sanguis  
restrictus est , & febricula quæ antea  
infestabat, desit: immo ipsa se bene ha-  
bere, inculcabit: nec enim opus fuit,  
poscam dilutam , aut coagulum lepo-  
rinum, aut thymū , aut satureiam, aut  
aloen aceto dissolutā , in potu tribue-  
re, quoniā grumi nulli sanguinei sto-  
machum occuparunt, qui plerunque  
seuā syngomata secum afferre solēt,  
& eo magis , quoties sanguinis extra  
venas habiti , excreatio cohabetur, &  
ipsi grumi retinentur , qui venenosam  
quandam qualitatē acquirunt, vt ex-  
perientia aliis à nobis compertū fuit:  
cæterum, cum recte hæc valeret, sani-  
tati tamen menstrua purgatio , quæ  
tunc apparuit, sigillum dedit: porro ad  
aliquot dies hæc in eodem persevera-  
ret ordine, suasi, & gallinaceorum, aut  
veruecis, vitulive carnibus iurulentis,  
vnum vel alterum veruecis , vel vituli  
pedem misceret, nō nisi sumachiorum

semine, aromatum vice resperso, commendaui, nec oryzam, aut lentes deposito cortice in hoc casu præteriret, veluti castaneas virides, aut fumo exiccatas, glandesve, sed præ omnibus caueret a balneo, ira, venere, potu vini, & aromatibus, ac rebus acribus, & acutis suasi. Proximum est hic referre, ea quæ Abrahamo Aseyo mercatori, nunc quoq; contigere: laborabat autem hic, cum esset iuuenis, temperatura sanguineus, synocha febre, qui post largam sanguinis missione, & exactam ac convenientem per pharmacum purgatorium vacuationem, bene recteque habuit, cæterū, cum primum domo exiret, multum sanguinem per os, cum tussicula repente & aceruatim reiecta uit, cui occurrens ego, post diuersiones & membrorum ligaturas, hoc illi bibendum dedimus medicamentum, R. trochisorum de carabo cum opio, drach. medium, opij, grana duo, rob myrtillorum, vnciam vnam, aquæ portulacæ, vel plantaginis, vel stipitum rosarum, vncias duas, misce, & bibat, & ad quatuor sequentes horas nihil comedat, aut bibat, nec quicquam loquatur, sed quiescat, & somnū captet, quo reme

remedio, sanguis cohibitus illico fuit, sed cum per interualla screatu sanguis compareret, iterum in nocte medicamentum repetiuit, & ex integro sanatus est: abstemius autem erat, & gallinaceorū carnes, pedes vituli incoctos resperso sumachiorum semine comedit: bibebat autem, aut fontanam, aut coriandro præparato, incoctam aquam.

*Curatio decimaseptima, de muliere non concipiente, & lancingationes in uentre percipiente.*

M Vlier iuuenis, optima prædicta temperatura, sed qua nunquam conceperat, id quod multum appetebat, desiderabat, lancingationes in ventre sentiebat, de quibus multum conquerebatur, quibus solitos & regulatos menses statutis temporibus semper habebat: cæterum, unde lancingationes illæ, ventrisve dolores procederent, cum coniecto, deprehendo, hæc aliquam intra uterum rem malam habere, quam medici, molam matricis appellare solemus. huic autem meæ coniectura, accedebat, quod non raro utero gerere, putaret, falso tamen, qua

de re, illico electuarium hoc parare feci, quod mensibus fluentibus accipiebat, & ita habet, R. feminis sancti Alexandrini, sanctonici dicti, optime triturati, & aceto acerrimo per horam iam infusi, vnciam medium, feminis porri, vnciam vnam, feminis caulium feminis cap: an. drach. duas, radicis rubetæ tinctorum, vnciam mediæ, rhabarbari optimi scriptulos quatuor, radicis dracuntij maioris, radicis vtriusque aristolochiæ, radicis ciclaminis ana drach. vnam, feminis rusci, feminis asparagorum, ana drach. vnam & alterius mediæ, omnia syrupo de matricaria, vel de artemisia excipiuntur, & fiat electarium, ex quo vnciam medium pro vice, iejuno stomacho, deglutiat, & supra bibat decocti sanguine vnciam vnam, duabus meraci vini admistam; hoc vero bis epoto, vermes oblongos, quatuor, vel quinque, non sine admiratione, & timore ingredi, egeslit: prædixeram nanque ego, non solum ex intestinis vermes prodituros, sed ex utero eius carnis frustula informia extura, id quod verum, tibi lector candidate, esse, per nostrum iusfirandum adiuramus. Cæterum, cum hæc ob timorem

rem ab inceptis desisteret, ab eius utero nihil quidquam detrusum fuit, tantum admirata de vermbus illis eictis permanens.

*Curatio decima octaua, in qua mirum quoddam, sed uerum tractatur, quod mulier à muliere, prægnans fuit facta.*

Mirum, sed verum casum describo, Thessalonicae cœnientem, duæ mulieres Turcæ vicinæ, multis coitibus, incubis & subcubis, sese contaminabant, polluebantve, quarum altera vidua erat: altera vero maritum habebat. Cæterum, quum semel vidua ad coitum irritata, alterā coniugatam ad coitum incitaret, & forte ea hora, à marito, cum quo rem habuerat, discedentē, subcuba est facta, quo in coitu amplexūve, post multā frictionem attricationēve ac feminis eiaculationē, uteru subcubæ videā ingenti appetentia semen non solum mulieris incubantis, sed virile non multum ante a in eius utero relictum, luxit, à quo semine prægnans facta est, firmante ipsa, variis iuramentis habitis, cui fidem

dem præstare debemus, cum illi minus ignominiosum erat, à viro concepisse fateri, quām à muliere eo modo habita.

## S C H O L I A.

*Annectenda historia hac est Auerrois historiae de matrona pudica vicina sua, in balneo pregnante, veluti alteri Avenescirae, quae superioribus libris attigi.*

*Curatio decimanona, de intensissimo dolore circa mamillam.*

**C**Oror Manuelis Habibij, mulierius duarum, & potens, sub sinistra mamilla dolore intensissimo, & scuissimo reperente cruciari cœpit, non febriebat, non russibat, sed prædicto dolore valde conquerebatur, ad quam accitus ego, cucurbitam magnam, multa ignitam flamma, dolenti loco apponi iussi, ex qua ita recte valuit, vt breui se sanam acclamaret, & assistentes rem miram, & incantationi similem publice dicerent, firmarentve.

*Curatio uigesima, in qua agitur de lichenibus sive impetiginibus.*

**Q**Vi lichenas, hoc est, impetigines contumaces, & feras, ac curatu difficiles, patiebantur, post

post tētata varia, & ferè infinita remedia, omnes hoc uno diuino, & admirando paratu facili remedio, sanati sunt. Ricini nanque infestantis canes, & capras, satis vulgati animalculi sanguine, ichoréve infectiones illæ illinebantur, & intra octo dies, ita domabantur, vt nihil fœdationis, aut morbi eo in loco fuisset, homo sanæ mentis diceret, & quod magis est, nūquam postea recruduerunt.

*Curatio uigesimaprima, in qua agitur de coli dolore.*

**V**Ir qui in circulo Basse habitat, colico dolore afflatabatur, ad quem accedens medicus, multa contra dolorem machinatur, cum calfa-ciendi & fatus dissoluendi facultatem habentibus clysteriis, tum remediis tam foris admotis, quām intus ebibitis, quibus omnibus peius habuit: Ego vero tribus diebus à morbo vocatus, noto, ex dolore ad inguem respondeente, hunc valde cōqueri, sitiebat nāque, & gelidam valde appetebat, & febriebat: proinde illi frigidam lubenter cedo, ex cuius potu illico dolor ex loco ad renum regionem, non contem-nen-

nendo iuuamento, mutatus est, tunc vero clysterem, oleo feminis hinc constantem tantum, inicii curauit, quo nihil egessit, sed omento veruecino recens calido, supra posito, melius habere dixit. tunc nanque electarium hoc gustabat, R. tripherae magnæ cū opio, vnciam medium, theriacas diatessaron drach. quinque, specierum diacinnamomi, diacymini, ana drach. duas; melle rosaceo colaticio excipientur, & electarium forma opia para, cuius tertiam partem, vino meraco, & generoso exceptam bibendam pro vice dato: hoc enim potu ventris flatus ita crepitabant, ut ille verecundaretur, & melius sensit. dolor nanque è renum regione, ad primum suum locum reuersus est, tunc glande magna, ex melle & trochiscis alaandal concinnata, ano intromissa, sternora prædura & magna, quæ antea non viderat, egessit, & recte habuit, ita ut absynthiū & parietaria herbae, oleo laurino in frixorio calfactæ, & dolenti loco admotæ, curacionem clauserint: fuerunt autem iij dies tres, in quibus, cibus huic, ius gallineum aromate conditum erat; potus vero, vinum moracum, & generosum,

sed

63

CYRAT. MED. CENT. VII.

sed pauxillum, quibus recte valuit, velut Sarranus senex natus annos sexaginta.

## S C H O L I A.

*Ajuam colica affectione laboranti dare, nox cuiusvis trivialis medici est, proinde caueant artem medicam exercentes: dare etenim frigidam copiosi coli dolorem patientibus, qui iamdui multis & calidis remedis, sed frustis usi sunt, ut non periculosem, praesertim valde fitientibus, ita memoria hic relingo.*

## Curatio uigesima secunda, de gravi coli affectione.

Samuel Albaharim, vir honoratus, Sex Algarbiorum regno, colico affectu correptus est, pro quo propulsando, abigendōve, multis usus est clysteribus, fomentis, & conditis, non nisi frigiditatem, & flatus discurrentibus, propellentibusve, quibus intra quinque vel sex dies, peius semper habuit: ad quem, post dies hos, accitus ego, considerans vitum hunc temperatura sanguineū, & tate fere sexagenarium, variis calidis, & flatus dissoluentibus remedii usum: nihil tamen proficiensibus illico nulla interposita mora, sic descripsi: Rec. philonij Romani drach.

vnam,

64 AMATI LVSITANI  
vnam , & alterius medianam, stomacho  
vacuo , cum vino exiguo bibat , & ad  
quatuor horas sequentes nihil gustet.  
Cæterum hoc remedio ita recte sen-  
sit, vt miris laudibus artem medicam  
extulerit, affeceritve: per interualla ta-  
men dolor leuis repullulauit, quem in  
torum potu stillaticiæ chiamæmeli su-  
perauit, vicitve. huic victus ius gallina  
ceorum erat, potus vero aqua cinnam-  
momo incocta. Porro vxor Benjamin  
Calderon, mulier vidua de ore ventri-  
culi infestissime cruciari solebat, ad  
quam cum aliquando vocarer, & eam  
paroxysmo cruciari inuenirem, post  
multa & varia per alium medicū con-  
cessa, calida medicamenta, immo tunc  
datum philonium, absque tamen pro-  
fectu ullo, illico agarici albi in pulue-  
rem redacti, drachmam ex oxymellite  
ebibēdam illi dedi, & breui à paroxys-  
mo libera eusit, postea vero ad vterū  
male affectum, ex quo ad os ventricu-  
li, pessima , & veneni naturam habens  
materia deriuabatur, curationem dire-  
ximus. Acidum nanque sæpe ipso in  
vètriculo percipiebat: & vt veritatem  
noscas , mulier hæc annos natu quin-  
que supra quadraginta , temporis suc-  
cessu,

CVRAT. MED. CENT. VII. 65  
cessu, catapotia ex hiera Galeni, adie-  
sto agarico, sibi familiaria fecit , qui-  
bus per interualla vtebatur, & nūc re-  
cte valet , vtebatur autē singulis vici-  
bus singulis drachmis. Vxor tamen  
Mordohai Cauallerij , elapsis quin-  
quaginta diebus, post felicem partum,  
de oris vètriculi dolore conquereba-  
tur, ex quo per interualla corripieba-  
tur torquebatúrue, ad quam cū semel  
peruenerim, sic accessione correptam ,  
bolum ex electario de dactylis illico  
illi obtulimus, quo nihil egessit, neque  
dolor leuatus fuit, immo clysteria po-  
tētia parata sunt, & nihil iuuerunt, tūc  
vesperi, philonij drach. vnā & alterius  
medianam, illi dedimus, quo sopore affe-  
cta, recte habuit, & sequenti die cura-  
tionem necessariam orsi sumus, de ie-  
core nanque affectionem malam ortū  
traxisse inuenimus.

*Curatio uigesimatercia, in qua agitur  
de carneâ ex crescētia, ab ore uen-  
triculi pendente.*

**M**ulier iuuenis, ex Nobriga, arg-  
enti nō infelici fodina, nata annos  
quinq; supra viginti, optimi sanè hac  
bitus, inter os vètriculi, & vmbilicum

duritiem quandam ab hinc tres annos persentire cœpit, quæ tēporis successu, & lienem, & iecoris dextram partem occupabat, & ex ea, ab humeris retractionem pati lamentabatur, & cū deambularet, respirationis difficultatē incurrebat, & ventriculum non restētē concoquere; conquerebatur, & alium prātumidā habebat, vt in ea, & aquam, & flatum nimium occludi certum esset: quibus omnibus hucusque facies illi elegās cernebatur, & bis vigente hac mala affectione, peperit. Ad quam vocatus ipse, post variā adhibitam per varios alias medicos curatiōnem, primum, iudicauit, huic scirrum prædorum vniuersam illam partem præoccupantem inesse, & consortij ratione cum septo transuerso, & iocinore, duō illa euenire, alterū, respirationis difficultatem, alterū vero ventriculi & iocinoris imbecillitatem, vnde a quoſa & vētosa hydrops orta est. pro quibus propulsandis morbis, nos multa & varia machinati sumus, sed frustra. Qua de re, cū tā multa & varia nō profuere, iudicauimus, carunculā obortā à fundo ventriculi, pyloro dicto, esse. cui ratiocinio suffragatur sensus tactus:

tactus: manibus nanque tanquam carneum frustum attractabamus eleuaba mūlque, proinde morbū ex iis esse, quos ars medica incuratos relinquit, ingenuē falli sumus. Ceterum, cum ars medica omnibus in aperto sit, non defuit subuleus, qui falsam salutem, vel intra octo dies, polliceretur. cui despe- rata muliercula, salutis auida, facile fidem tribuit; & nebulo curationem ita adoritur, fistulam parat, cuius alteram partem ori ægrotantis adaptat, ex al- tera vero furcifer ille, suo ore sufflat, flatumque ita impellit, vt misellam, ac vtrem vento impleuerit, vnde assi- stentes, eam simillimam victimā ma- statā, excoriacioni paratæ dicerent, sed misella breui emortua cecidit. quod facinus aduertens furcifer, fu- gam parabat. Vt tamen tantæ auda- ciz pœnas lueret, vociferatibus om- nibus miserum spectaculum cernenti- bus, retentus fuit, cuius bona fortu- na, reuocata muliercula, viridia quæ- dam vomuit, & multa eminxit, & tunc vt antea habuit. ceterum, elapsis post- ea paucis mensibus, hæc diem suum obiit.

## SCHOLIA.

*In desperatis cōb affectionibus, per follēns  
ano admotum sufflare, memini me ius in cura-  
tioribus Hippocratem insisse, per os autē huc  
usque non legi.*

**Curatio uigesimaquarta, in qua doce-  
tur, septum transuersum risus siue  
hilaritatis sedem esse, ad doctorem  
Affum Philosophum peripateti-  
cum.**

**S**æpe in dubium vetti, docte Affi; San Plinius recte senserit, cum præcordia, hoc est, septum transuersum, Græci phrenas, vel diaphragma, & ano eoilian, appellare solent, risus sedem interiorē fecerit. **AFFIVS.** Absit ut verū hoc credamus, immo peripatetici magistri nostri in corde facultatem hanc, velut plures alias, collocari, nos do- tuerint. missos hīc facio sordidulos magistellos, quorū doctrinam explo- sam, diu est, habeo, qui Salmanticæ carminibus quibusdam, sub iure com- positis, lienem risus fontem statuebat. Sed ubi nam Plinius hæc tradit, aut quibus rationibus fulciatur, aperi rogo. **AMATVS.** Hæc cum non omnibus præuiasint, lubeter faciā. audi igitur.

Plin.

Plinius lib. xj. nat. sue Hist. c. 37. in-  
quit, Præcordia (quod illi septū trans-  
uersum, vt dixi, est) risus & hilaritatis  
sedes sunt, quod rationibus, & experi-  
mento probat, quia ita neruosa hæc  
cernitur pars, vt ei merito debeat re-  
ferri, non solū mētis subtilitas, sed in-  
genij acuitas: vnde forte Græci, phre-  
nas appellauerūt. Sed risus sedes, quia  
risus est dilatatio cœta ex actiore sen-  
su neruoru, vt latius dicemus. Secūda,  
quia homo cum circa præcordia hæc,  
subtili cœte coniecta, manibus molli-  
ter tractatur, illico in risum allabitur;  
indicium sane non contemnendum, vt  
ea hilaritatis sedes dicamus. Sed ratio-  
nes has experientia approbat quotidiana,  
in gladiatoriis fauciatis, ipsiis in  
præcordiis, qui omnes, ad unum risu  
exoluti expirabant. sic enim Plinius,  
vt rectius teneas, citato loco, ait, exta  
homini ab inferiore viscerum parte  
separatur membranis, quæ præcordia  
appellant, quia cordi prætenduntur,  
quod Græci appellauerunt phrenas,  
omnia quidē principalia viscera mem-  
branis propriis, ac veluti vaginis in-  
clusis prouidens natura, in hac fuit, &  
& peculiaris causa, vicinitas alui, ne

E ;

cibis supprimeretur animus, hinc certe refertur accepta subtilitas mentis, ideo nulla est ei caro, sed neruosa exilitas, in eadem precipua hilaritatis sedes, quod titillatu maximè intelligitur alarum, quas subit, nō alibi tenuiore cute humano, ideo scabendi dulcedine ibi proxima, et hoc in præliis gladiatorum spectaculis mortem cum risu traiecta præcordia attulerunt. **A.F.IV.S.** Ut explanasti, ita certe Plinius ait, sed Plinio, si recte teneo, Hippocrates, aut memorabilis vir alius, quis que ille est author libri de sacro morbo, prope finem, in totum contradicit, & ita illi contradicit, & aduersatur, ac si Pliniana verba primo percurrerat, & legerat, ita enim ille. Ceterū, præcordia, aliás fortuitum nomen apud Grecos per consuetudinem habent, quum phrenes, à sapientia dicta videantur, re vera autem nō, nec ex natura. Nec ego sane noui, quam viui habeant præcordia, ut sapiant, & intelligent, præterquam si homo ex improviso, nimio gaudio perfundatur, aut tristitia afficiatur, tunc sane exiliunt, & anxietate exhibent, præ tenuitate, & quod di stenta sunt maxime in corpore, & rati-

**C V R A T . M E D . C E N T . VII.** 71  
 triculum non habent, ad quem suscipiant, aut bonum, aut malum allabēs, sed ab utrisque his turbantur, propter naturæ debilitatem. Nam nullo sane prius sentiunt ex his quæ in corpore insunt, sed fructa hoc nomē & causam habent, quemadmodum, quæ ad coxā sunt aures appellantur, quum nihil conferant ad auditum. **A M A T V S.** Ita Plinius sentētia ab authore isto suggestiūt, vt nihil supra dici possit, non est tamen quod Plinium sic hac in parte deseram, quando ille ex Hippocrate historiam suam texuit, libris, si nō genuinis & veris, magni tamen viri. **A.F.IV.S.** Quibus nam? **A M A T V S.** Libris quinto, & 7. de popularibus morbis, in quibus ita tradit, Tychon in obſidione circundatum, à catapulta percussus est in pectus, & paulo post, risus erat circa ipsum tumultuosus, videbatur autem mihi, medicus eximēs lignum, feliqueſſe aliquid de ſpiculo in ſepto trāluerſo. haec tenus Hippocrates, quanto libro. Quam Historiam, ut memoriatur dignam, 7. libro eiusdem voluminis, repetiuit, ex qua facile elicetur ſepto transuerso confoſſo, & vulnera- to, riſum oriri, id quod Plinius dixit,

& inde hilaritatis sedem esse, memoria commēdauit. PHILIPPVS. Non citra rationem Plinius diaphragma sedem esse risus, arbitratur, vt qui ab Aristotele quoque id acceperit: quia enim multum habet neruorum, titillatio ciet ibi sensum acriorem: quia risus nihil est aliud, quam dilatatio orta ex acriore sensu neruorum. AFFIVS. Nos peripateticis, si credimus, vt qui iure eis credere debemus: quia veritati magis accedunt: cor risus sedem esse statuemus, quia risus ex lētitia, & delectatione oritur, qui affectus nō est, sed actio exterior, ab interiore manans: ex lētitia nanque vel delectatione cor dilatatur: ad cuius motum, & facies extenditur; potissimum ea pars, quae est circa os, & rectus nominatur, vnde risus: habet itaque risus exteriorum sedem in rectu primum, hinc in oculis, & cuncto vultu, interiore vero, vt Aristotelis placet, in corde. hinc manifestum euadit, risus cum fiat ob cordis dilatationem: quod biliosi, & sanguinei, proniores erunt ad risum, quia in eis, immodico calore cor exporrigitur, id quod pituitosis, & atrabiliariis contrarium evenit. Ceterum

splen

splenem causam risus esse, & nos non negamus, vt qui atram bilem, hilaritati, & lētitiae contrariam colligat, & retineat, & quo liberius hoc fungitur officio, eo alacrius & expeditius, cor, vel vt Plinio placet, septum transuersum, ad risum euocandum allicit. AMATVS. Vt septum transuersum hilaritatis, siue risus sedes habetur, ita cerebrum rationis, cor iracūdiae, iecur verdi amatoriae appetentiae, vt Galenus libris de placitis Hipp. & Platonis, fuis prosequitur. AFFIVS. Aristoteles facultates has non variis visceribus, sed in corde tantum eas esse statuit. AMATVS. Noui. & Galenus libro 4. prædicti voluminis, de placitis Hipp. & Plat. Aristotelis hanc esse sententiam firmat. AFFIVS. Quænam harum opinionum tibi ò Amate magis arridet: de risus sede dico. AMATVS. Perinde vna ac altera, utraque enim falsa mihi videtur. & si nanque libere loqui deberem, cerebrum risus sedem esse instituerem, eo modo cordi attributo. sed hæc maiori indiget otio; & hæc ad præfens sufficient: si modo dixerimus, septum transuersum præter citatas à nostris medicis dotes, hodie cum Pli-

E s

nio hilaritatis sedes obtinet. AFFIVS.  
 Quasnam septo transuerso medici do-  
 tes, & officia designant? A M A T V S .  
 Eius etymon diaphragma; primò in-  
 dicat, diuidere membra spirituallia, à  
 naturalibus: item, naturalis respirationis,  
 hoc est, cum homo in quiete  
 est, respirationis septum transuersum,  
 aut hoc est, id quod Aristoteles non  
 nouit, item ad propellenda ventris ex-  
 crementa, maxime conductit, item,  
 referente Galeno, libro 10. Meth. med.  
 membrum hoc, in heclicam labi po-  
 terit, sed non marasimum, ob eius ex-  
 cellentiam & dignitatem, quia primo  
 deficit, & moritur, & non tantam fert  
 siccitatem, quod phrenas appellari no-  
 uimus, quia cum primum inflammati  
 tentatur, illico consortij ratione, phre-  
 nas, hoc est, mentem, sive cerebrum,  
 phreniride illico coripi, certum sit.  
 Ceterum de risu, multa & pulchra à  
 philosophis petite. Libris de anima,  
 quos nostro hoc tempore ~~Platonis~~  
~~Aristotelis~~ ~~Pythagorae~~, ~~Empedocle~~, ~~Leucippus~~,  
~~Democritus~~ Viues Valentinus acutissime  
 absolut.

## Curatio

Curatio uigesimaquinta, in qua agi-  
 tur de carcinomate, mammam in-  
 festante, & mortem accelerante:

M Vlier Larissæa, ex Larissa oppi-  
 distante, in quo olim Hippocrates ar-  
 tem diu exercuit, & eius nō raro men-  
 tionem facit, ut potè moribidi, ob pes-  
 simas quas habet aquas, & cœlū pro-  
 prer lacus varios circūstantes, nebu-  
 losum, caliginosumque, ac pestiferū, ad  
 me venit, & sinistra in mamilla can-  
 crum patiebatur, ex cuius papilla fa-  
 nies subcruenta fluebat, à quo conspe-  
 cto, prædiximus hanc breui-moritu-  
 ram, & eo citius, quo intercepta flu-  
 xio breuior fuerit, quemadmodum al-  
 teri contigit, de qua Hipp. dixit, lib. 7.  
 de morb. vulg. ad hunc modum, Mu-  
 lieri in Abderis carcinoma factum est  
 circa pectus: erat autem tale, per pa-  
 pillam fantes subcruenta fluebat, in-  
 tercepta autem fluxione, mortua est:  
 agebat autem mulier hæc, quādo eam  
 inuisimus apud Iosephum Hodaram,  
 temperatura atrabiliaria, annorum  
 circiter quadraginta: sed mensibus suis  
 diu iam destituta.

## SCHOLIA.

*Larissam ciuitatem prope Cranonem, se-  
pe ab Hippocr. illustratam, in Thessalia, late  
patente in hoc Macedonicō regno, non ignora-  
mus, quæ vulgo hodie Larra dicitur. hoc vero  
de quo agimus, oppidum Larso vocatur.*

*Curatio uigesimasexta, in qua doce-  
tur, pus per os cum tuſi reiectum,  
quod thoracis vel pulmonis ulcus  
attestatur, aquæ imam partem pe-  
tere, ex Hipp et Auicenna, contra  
Alexandrum Trallianum.*

**Q**uem ad Sébrani viri probi vxo-  
rem inuisendam accederemus,  
eam iamdiu morbis grauioribus affli-  
ctam inuenimus, diu nāque erat quòd  
inordinate febricitabat, & grauiter &  
fréquenter tuſiebat, & putida & hor-  
renda spuebat. Quarum affectionum  
causam quærens ego, ab eaque non-  
nulla sciscirans, respondet, ingenuèq;  
fatur, cum chartulas quasdam, conce-  
ptionis gratia biberet, deuoraréte:  
illico illi menstrua suppressa esse, post  
quæ, nunquam amplius ab ea visa, in  
tam fœua grauiāque mala, vel intra  
annum, ingenti sui corporis iactura,

imb

imbecillitatémue lapsa est. Ceterum,  
quum multæ variæque de phthisi notæ  
fese offerrent, in ipsa nata annos 45,   
temperatura biliosa, iussimus screatū  
in scutula aquæ plena asseruaret, vt se-  
quenti aurora de eo indicium accipe-  
remus, de totóque morbo sententiam  
præberemus: adducta igitur sequenti  
die coram nobis, aqua plena sputum  
cōtinens peluicula, notauiimus totum  
fere sputum subsidere, & imam partem  
petere, coloris seu flavi, & fumo infe-  
cti, quo conspecto, ac pauxillo natante,  
leuiori quadam aſula disrupto, dis-  
solutōe, iudicauimus sputū attestari  
pulmonis vel thoracis ulcus, graue &  
periculosem, vt quoque Auicēna scri-  
ptum reliquit: fen 10. libri tertij, cap.  
17. tract. 4. de pure, & sanie intra tho-  
racem contenta, hoc est, de empiema-  
te, hunc in modum dicens, Signa au-  
tem differentia inter saniem, & phleg-  
ma, in sputo, sunt desensus saniei sputi  
in aqua, & factot ipsius super ignem,  
& phlegma quidem natat in aqua, ne-  
que factet in igne, & subdit, & iam fe-  
citate scire differentiam inter saniem,  
& inter humiditates: nam sanies di-  
scernitur factore, apud sputum, præci-  
pue

pue quando super ignem proicitur, & submergitur in aqua, & non natat. hæc Auicenna. Ex quibus sane verbis, satis percipitur præter reliqua, pus siue sputum saniosum, quod attestari solet empiema, & phthisim, in aqua descendere, pituitam vero, siue humotè crudum enatare. At huic sententia in uniuersum contradicit Alexander Trallianus libro quinto suæ rei medicæ, cap. 2. in quo indicia inflammationis in pulmone prosequitur: & ita habet, Pus sanè deprehenditur, & ex ipso solo colore, & ex aliis indiciis, vnde nos illud internoscere didicimus, ab odo-re, si concremetur, & quod dissoluitur, si in aquam mittatur: item, quod non subsidit, quemadmodum pituita, crudusque humor. Hactenus Alexander, qui in totum contradicit Auicennæ: ait enim, vt audistis, pus enatare, pituitam verò, & crudum humorem inferiora petere: mea tamen sententia, Alexander hac in re, veluti pluribus aliis, errat, quoniā Auicenna suū hoc axioma, pus subsidens in aqua: vlcus in pulmone, & thorace, attestatur, ex Hippocrate decerpit, libro præcipue illo, cui titulus est, Coage pñnotiones: ita

eaim

enim Hippocrates libro illo ait, Quibus tabidis in mare expuentibus, pus ad fundū dicit, breui pereunte: sit autem mare in æneo vase: hæc etenim fenis diuini, præclara est sententia, quā Auic. docebat admodum suo inscrutat canoni, cui & ratio non deest, quia nimia caliditate exusta sanies, terrea euadit, & inferiorem partem petit, & subsidit, vt experientia quotidiana, ita esse attestatur. Parcat igitur Alexander, qui & si aliquando recte Galenum suggillat, nūc tamen, vt aiunt, toto aberrat cœlo, veluti non raro vt ex à nobis dicendis manifeste euadet. porrò reliquā sputi partem supra carbones ignitos iniectam, ne in Iacobi de partibus histriam sinistre incideremus, seruū quendam olfacere fecimus, qui multum & grauiter fætore, testatus est: est sane nota hæc mortifera, & lethalis, vt ex dictis liquido euadit, & Hippocrate libro à nobis citato, & quanto aphoris. i. veluti sexcentis aliis locis.

*Curatio uigesima septima, in qua agitur de causa pestis Scopium inuidentis.*

Sexua

**S**aeua inuasit pestis Scopium, siue Scopiam habitantes, anno ~~1558~~ 1559. habuit altum, autumnali tempore suā solitam intemperiem seruante, initium crudelis hæc & immanis bestia, hoc modo: Rugitum nanque veluti gemitum ex se terra ferebat, & breui in motum & concussionem tota ipsa veniebat: non admodum tamen: vt ex hoc terræ motu, domus aut ædificia caderent, ruerentve, & homines periclitarentur, sed breui postea inuadere lues pestica hæc mortales coepit, vt singulis diebus tercenti misere, nō nisi bubonibus & carbunculis confossi, morerentur occubuerintve, vnde vero tantum malum, ortum, & causam traxerit dicā. Deum nāque, & cœlos, suis cum astris, à quibus non raro pestem pendere, diuini libri, & Astrologi testantur, pro nunc missos facimus, naturalia nāque scrutamur. Quacunq; de causa pestis contingat, aer inficiatur oportet, vt pestis communis causa quædā, aer quem inspiramus, dicatur, siue enim ab ira Dei, siue ab erraticorum coniunctiōnibus, & eorū aspectibus, aut colyque ferar

ferarum, aut cadauerum multitudine, aut bestiis vastis, ingentib;sq; in mari emortuis, aut lacubus foedisque paludibus, vel specubus; & antris, caueris ve pestiferam auram expirantibus, pestis euemiat; aer inficiatur corrupturæ decet. Hæc vero qua de agimus pestis ( vt reor) ab inclusis in cavernis flatibus, exhalationib;ve exitialibus, & mortiferis, causam traxit; cum nanque terra cavernosa sit, & cauitatibus plena, sit vt exhalationes temporis diuturnitate oculus ex se putrescant, aut aliunde contagium trahant, vnde mortalibus ex directo, pernitiosa & contraria euadūt. Cæterum, cum contingat exhalationes has incumberere sua leuitate ad locum superiorem peruenire, & ascendere, quibus fortè exitus præ viarum angustia, & obliquitate, impeditur, multis & variis sequitur conatus, & reluctatio, actio & reactio, vnde terræmotus sit, & ex prodeuntibus mortiferis & corruptricibus exhalationibus illis, aer corruptitur coquinatürue, quem mortales, vel inuite inspirantes, male eo afficiuntur, & eo peius, quo imbecilliores sunt, & corpora excremen-

tis abundauerint, ut Atheniensibus in ea pestilentia contigit, quam Thucydides describit, & Galenius non raro meminit. Quæ si ex Aethiopia contagium, aut semina, per aeris quandam continuatatem contraxit, Atheniensium tamen hominum succi ex vixtus prauitate (forte ob annonæ penuriam) ita putredini erant obnoxij, ut omnes fere pestilenti lue affecti, mortui sint. Nouistis autem, agens pro patientis aptitudine agere, ut recte Hippocrates diuinus meminit, libro de flatibus, cum de peste agit, inquiens, Communis ergo, siue pestilens febris, propter ea omnibus accidit, quod euadem spiritum omnes attrahunt, sitque ut simili corpori, similes spiritus similiter permixti, similes gignant febres. sed est fortasse qui dicat, Ut quid ergo nec omnibus animantibus, sed alicui eorum generi incident hi morbi? Cui ego sic responderim, differt corpus à corpore, natura à natura, & nutrimentum à nutrimento. Non enim omni animantium generi, eadem aut non conferunt, aut commoda sunt, sed sunt alia aliis magis conuenientia. Quando igitur aer plenus est huiusmodi

modi inquinamentis, quibus humana natura offenditur, homines ægrotant: quando verò alteri cuiquam animantium generi aer inconueniens est, tum morbus illud genus corrigit, & cætera, ex Hippocrate, quæ huic rei multum faciunt. Quibus Galenus lib. primo de differen. febr. cap. 4. fauer, cura dicat: Oportet enim hoc in toto sermone, memoria repetere, quod nulla causarū sine patientis aptitudine agere potest: alioquin omnes qui sub æstiu sole commorantur, febricitarent, aut qui nimio motu exercentur, aut vini potu grauantur, aut ira excandescentes, aut tristitia afflitti, febricitarent, alioquin etiam ut arbitrör, circa canis ortum omnes ægrotarent, ac in pestilentiis morentur. At, ut diximus, magnam in generatione ægritudinum partem habet, eius qui passus est, habilitas corporis. Hec Galenus, qui prope calcem capitis, ita quoque de hoc negotio ait, Quum enim corporum dispositiones dissimiles sint, ac multiformes, quædam facile alterantur, ac patiuntur, à causa in ipsa operante, quædam insuperabiles, ac impassibiles, omnino existunt,

quædam cum difficultate patiuntur, & cætera, quæ tam cum iis, quæ ab Hippocrate sunt dicta, quæcum eis quæ ab ipso Galeno iam sunt prodita, & per nos citata, omnino contenitunt. Ut receptui igitur canamus, causa huius pestis, exhalationes, siue inclusi in antris flatus venenosæ, & humanae naturæ alieni, sunt, qui ut terra moueretur, in causa erant. habebunt igitur hinc rerum naturalium contemplatores, cum terræ motus sit, & pestis scintillat, aut grassatur, talis lues pestica ex venenosis flatibus, & pestiferis ac deleteriis exhalationibus subterraneis, prouenit. ut pestis hec de qua agimus, & illi alia similis, quæ ab hinc multos annos, Olißipponem, & Sancterenā, suis cum fertilissimis agris apud Lusitanos, ingēti terræmotū, & tuina sciuīt, vēluti vniuersum fere orbē, anno 1527. 1528. & 1529. Fieri tamē potest, quod ex eisdē putidis & corruptricibus exhalationibus, pestis absque alicuius terræ motu fiat, & grassetur: quia ita terra moueri leuiter, passim & lente poterit, ut ab hominibus non percipiatur, aut exhalationum corruptricum exitus, ita facilis esse potest, ut

CVRAT. MED. CENT. VII. 85  
aer absque terræmotu inficiatur, vt sâpe contingit variis in locis huius Græciae, Turciae dictæ, & non raro alibi, ut liceat mihi admirari diuinum Galenum, qui cum pestis multas causas descriperit: hanc tamen famigeratissimam & vulgarem subticuit, aut saltem non ita magnificet, quæ nos variis exemplis, & multis doctorū hominum placitis, ac experimentis, ut præcipuam, & frequenter pestis causam indicare poteramus: sed eius forte magis admirari licebit, qui cum de peste libro de differ. febrium, scripturum pollicitus sit, præcipue eo in libro, qui Ars curandi, siue Methodus med. inscribitur, eius tamen ne verbum quidem fecit. ANGE L VS. An forte quia nouerat, pestem non superari à medicis remediis? AMATVS. Minime gentium, extant præculdubio, tam simplicia, quæ composita, antidota dicta, quæ immani huic hydræ contrariantur, & eam non raro superant, vincunt, & domat. ANGE L VS. Dignare igitur d' Amate, contra hanc immanem & atrocē bestiam, remedium aliquod ex multis quæ nosti, nobis insinuare. AMATVS. Cōtra hâc de

qua agiuans, quæ causam, putrificam & venenosam exhalationē habet, nullum excellentius aut diuinius remediū expertus sum, quām luculentum focum, tam priuarim, quām publice instruere, prout Hippocrateim, & Acronē Agrigentinum fecisse legimus, præcipue Athenis, Thessalitā, & in hac Macedonia terrarum imperio quondam potita, præsertim ex lignis, struticibus, stirpibus & herbis suaibus, & bene olētibus, vt cedro arbore larice dicta, iunipero, citro, cupresso, pino, terebintho, variis in locis nascente, lentisco, myrto, ladanifero frutice, quo vniuersa fascatet Hispania, præcipue Lusitania, rōre marino, stœchade, pulegio, origano, dictamo, & variis aliis, quarum fumus pestiferarum exhalationum humiditatem putrificam, non solum excitat, rectificatq; sed ipsas proprias absunt, destruit, & annihilat exhalationes. Secundo, conandum, vt corpora quām maximē superfluitatibus vacet, & spirent optime. ANGELVS. Ego hanc præuisuam, aut prævisoriam, vel præseuaticem curationem appellarem, & non curatorium debitā ægrotantibus. AMATVS. De hac vero, veluti de il-

la, pro

la, pro nunc consule excellentes Medicos Venetos, qui non paucos de hac re libellos superioribus annis ediderunt, & in lucem miserunt, cum pestis, toto orbe dignam illā & admirandam Venetiaruīrbem, per contagium inuasit, quorum sapientia, & patrum illustrium gubernantium mira prudentia, diligentiāve, breui extincta fuit. Scopium tamen sauiens pestis, acceleante frigore, ex se delituit, quæ & si Monasterium oppidum per contagium infecit: in eo tameū diutius, ob crassum & densum aerem perdurauit, Thessalonicā vero breui euanuit. Cæterum, febris pestilentialis saxe absque peste comperitur, vt Olissippone, Antuerpiæ, Ferrarix, Venetiis, Romæ, Anconæ, & in hac Thessalonicensi ciuitate, non raro notaui, & expertus sum, quæ quandoque miti cum calore, inuadit, vt Galenus meminit, quandoque vero ardentissimo cum calore, vomitu, & syncopi, ac pulicari symptomate, prout cordis partes occupat, afficit, & aliis dixi, & docti laudarunt. Apollonius tamen, ne sic illotis, quod aiunt, manibus, discedamus, inquit, pestilētia afflictis crurium scarificationem, sum.

mum esse remedium: ita enim ille, referente Oribasio, libro 7. suorum collectorum, cap. 20. ait: cùmque pestilenta vehemens per Asiā vagaretur, multisque ob eam causam obirent, egōq; in morbum itidem incidissem, secundo die cum remissio fieret, crus scarificauī, & ad duas libras sanguinis detraxi, atque hac ratione vitaui periculū: quo sane auxilio cum multi quoque vii essent, sunt seruati. Sed de ijs aliq; qd; plura. Quum Grēcia hæc olim idolatriæ, & mendaciorum plena, veluti optimorum diuinorumque ingeniorum, ac optimarum omnium artium, alumna, & mater: nūc passim vt antea, peste corripi soleat, de qua sequens audire ne pigeat, id quod Thessalonicenses mortales ab hinc ducentos annos, seruatum habent, & forte antea semper, post Iulium mensem, usq; Decembrem, Thessalonicae nulla pestis est, quæ si etiam aliunde hoc medio tempore, semina contrahat, & scintillet, adeo imbecillis est, vt de ea homines curam non habeat: plerunque igitur pestis à Decembri mense Thessalonicenses inuadere solet; quæ etiam grauissima & horrida, crudeliter sa-

uiat

CVRAT. MED. CENT. VII. 89  
 uiat: aduentante tamen Iulij mensis fine, illico delitescit, & hoc ita apud eos pro certo habetur, vt qui ad pagos, & villas ob pestem aufugerunt, etiam à medio Iulij mense, singulis diebus, sin gulos tercentos & plures peste emortuos noscant, non timeant domum in fine mensis reuerti, quum certo sciant, hoc tempore feram illam domari, & ad mensem usque Decembris latitare. Sed iis contrariū: forte evenit Cōstantinopoli, à medio nanque Maio, pestis grassari incipit, quæ ad finem Nouembris cruciare & sœuire solet, inde vero nulla est notatu digna pestis ad medium Maij: causas vero tu qui abditarum rerum contemplationem profiteris, inquire. Ego vero ad Thraciæ ingens frigus forte configiam, quod hibernis illis mensibus viget: nosti autem vere & autumno, molliculis temporibus pestilentiam pullescere, acri vero astante, & rigida hyeme, domari, & vinci. ANGELVS. Tecum omnes docti scriptores sentiunt: sed quid precor, de peste Thessaloniken & Monasterium oppidum infestante, dicemus, quæ vigente hyberno inclementi, & frigore intensissimo, grassatur, & tru-

F 5

cidat? ANATVS. Tu ipse contemnere.

**Curatio uigesima octaua, in qua agitur de quodam, qui seu ampleurit in passus fuit, & absque sanguinis missione ab ea liber evasit.**

**R**Omanus, qui prope Liuiathen, hoc est, synagogam, siue congregationem à gratia habitat: vir triginta natus annos, temperatura sanguineus, quem ex pauculo, hyberno tempore, borea flante: domum se reciperet, febri ingenti cum rigore apprehensus fuit, & sequenti die, pleuritis dextris eius thoracis altas partes occupauit, in quo die ex nare sinistra illi multus sanguis effluxit, & tunc pleuritis acerbior facta est, & ea grauius afflectabatur: ad quem septimo die accitus ego eum pessime habere inueni: pulsus nāque imbecilles, varij, inæquales, duri, & tremuli illi erant: lotium verò iumentorum modo, crassum & turbatum valde, ut euim prope obitum esse, omnes dicerent: parum loquebatur: sed cum is, à medicis efflagitabat, rogabatve ut sanguinē per venæ sectionem illi mitterent, valde nanq; dolore torqueb

quebatur, & intense febriebat: ad hæc, tussiebat, & varia & multa facilitate quadam excrebat: quibus omnibus consideratis, ac æquilibrio positis: sanguinis missionem prætermisimus: & ægyptiacæ cassiq; atramentum decocto pectorali exceptum illi ebibēdum dedimus, quo nonnulla biliosa leuiter effigit, & liberius expuebat: sequentibus diebus locus dolore affectus, hoc linimento illinebatur, R. pinguedinis gallinæ, butyri recentis anavnc.j.olei amygdalarum dulcium vnc.j.olei. violacei. vnc.s. cineris radicum brassicæ vnc.s. ad ignem cum pauca alba cera misce, fiat vnguentum molle: quo in die bis inungebatur: & tunc per interualla, syrupo capillorum Veneris, & lyquiritiæ simul mistos cochleario labebat: & ptisanæ cremorem, mistum portiunculæ iuris pulli, pro victu accipiebat, cui quandoque sacchari aut penidiarum parum assistentes miscebant, pro potu verò hordeaceam a quam, quibus aluum lubricam semper habuit: ut meritò iuxta Hippocratis mandata, libro de ratione victus in morb. acut.r. integrā ptisanam sorbēdam dare poteramus: die verò 14. in cop

copiosum deuenit sudorem, & tunc re-  
etius habuit, nihil fere dolebat, & pa-  
rum febriebat, sed valenter quoq; tu-  
siebat, & expuebat, & tunc ex pingui  
gallina iuscula crassa lubenter conce-  
debamus, quibus multum & placide  
spuebat, & venter mollis euadebat. 18.  
pulli carnes gustare coepit, & parum  
vini pitissare, & per consequens valen-  
ter habuit, & tauricè viuit.

## S C H O L I A.

*Si qui pleuritum patientur, contrario modo,  
cibari debent, quam reliqui acuti morbis cor-  
repti, de quibus ait Hippocrates, Quando in  
statu est morbus, tenuissimo victu rati  
debeamus, pleuriticis autem illico in morbi initio,  
parum alimonie dare debemus: dein vero  
eam sensim augere ad statum usque, et u-  
magis, quo purgatin maior fuerit, iuxta Hip-  
pocratis libro primo de rat. victus in morbis acutis  
aphor. 21. 23. et 25. Sic dicente: et quan-  
to maior fuerit expurgatio pleuriticis, tanto  
magis ad iudicationem usque dare oportet.  
Sic enim ut victum accipiendo, facilius libe-  
rantur, et minus purulentii sunt, ut aphor.  
sequenti. 27. Hippocrates docet, et 33. et  
34. veluti Galenus enarratione 9. commen-  
tarij tertij eiusdem voluminis. At, qua-  
quam Hippocratis hoc sit sacrum documen-*

tum, caute tamen optimus medicus pleuriti-  
ci sorbitones concedere debet, ut qui nece-  
sum est consideret, pleuritum morbum non ra-  
ro ratica absolui crisi, etiam si ab initio mor-  
bus siccus non fuerit, sed in eo multum expu-  
tit, et aliud lubrica euadit, ut huic contigit  
egrotanti, qui ab initio multum & libere  
expuit, et ex intestinis multa excrevit: et ta-  
men quartodecimo die sudore copiosissimo ab-  
solutus fuit. Ceterum post absolutam crisi, dies  
duos, eodem modo, quo antea egroto vi-  
ctum concessimus, dare debemus, iubente sic  
Galenos, enarratione 25. Commentarij pri-  
mi, in librum de rat. victus in morb. acut.  
ad hunc modum: Tum igitur est, etiam si  
morbis iudicatus fuerit, ad duos usque dies  
diligentem victus rationem, qua ager usus  
fuit, seruare: præteritis autem ab indicatione  
diebus duobus, iam securum est pleniū ciba-  
re, et cetera. Fugimus autem ( Galenos in  
enarratione, docente ) ciborum repentina ob-  
lationes, qua in enarratione adnotandum du-  
ximus, Galenum adnotasse quondam Hippocra-  
tes ante indicationem, et duos postea dies ne-  
que pleuriticus, neque reliquis, qui potu, aut  
sorbitonibus tractari solent, dederit panem,  
neque quipiam aliud, præter pisanam, ad-  
vertant igitur hodie artem medicam exer-  
centes.

*Curatio uigesimana, in qua agita  
de somno supraventiente à cau-  
non uulgari, egroto febri arden-  
tiſſima detento.*

Vuenis, qui ardentiſſima febre, au-  
vt Hippocratis modo loquar, igne,  
variis cum symptomatis, vigente hy-  
me affligebat, capite dolebat, in cu-  
bili non quiescebat, fitiebat valde lin-  
guam cum nigra, & scabra, & bibebat ſe-  
pe, & multum; non dormiebat, ſed ſem-  
per ingenti afflictione vigil manebat;  
ad hæc, excrementa illi pecudis pilu-  
larum modo, torrida erant, lotiū pra-  
lucidum, citrinum, quod calidiflum  
erat, vias nanque per quas currebat  
pūgebat, septimo delirauit, & octauo  
omnia etiam circa ignem versabatur;  
nono, ſopor huic ſuperuenit, vt à ſom-  
no eum expurgare per difficile eſſet.  
Cuius rei mirabantur medici, hæſitan-  
tēſque cauſam, vnde ſomnus tāto cum  
foco eueniare poſſet, inuictigabant, de  
qua re in ſcholio pulchra legito. 14. po-  
copiosum ſudorem calidum, vniuer-  
ſum eius irrigantem corpus, melius  
habuit, adeo, vt vigefimo ſequentiū  
febri liber, & immunis euaserit.

## S C H O L I A.

Inquirebant medici, vnde ſopor huic iuue-  
ni eueniare poterat. Quym ardentis febri variis  
cum symptomatis, ingentem caliditatem ar-  
guentibus, laboraret, tandem post multa ad-  
ducta, & post longam de ſomno inuestigatio-  
ne cum Galeno commentario primo in li-  
brum Hippocratis, ter tium de morbis vulg.  
concluſum fuit, quod humores plus iusto ca-  
bdi ſua caliditate, & forte pefima qualita-  
te, calidum innatum lancinant, conſodiant, &  
extinguant, vnde frigibas, ſomnus cauſa ori-  
tur, iuxta Galeni placita, irremediabilis, & ve-  
qualitatibus humores hoc facere ſolent, ita  
non raro ſit a quantitate calidum innatum ſo-  
pientia ſuffocant ēre, & per conſequens extin-  
guente. Ceterum, ſigis hoc ex calidu ſiccisq;  
morbis eueniens, curationem vix recipit, quia  
ingentem imbecillitatem, hoc eſt calidi innati  
extinctionem conſequitur; ita enim Galenito  
hōro, in curatione Hermocratis, enarratio-  
ne 7. nobiscum ſentit. Quym nanque Hermo-  
crates febris ardentiſſima purpura, correptus  
eſſet, & omnia symptomata ignem attestaren-  
tur, vt lingua aduulta, vigilia, febris ardens,  
delrium, auriginosa perfuſio, alijs torrida ex-  
crementa, & ſimilia, que corporis ſtatim in  
vniuersum igneum eſſe attestantur, tamen  
undecimo die, ſopor illi ſuperuenit, quem non

evenisse à pituita caput ascendēte credit Galē, quia tanto cuni igne humorē frigidum non reperiri putat, & hac de causa concludit sōporem Hermocrati evenisse, non ob humorem frigidum actū operantem, sed ob frigiditatem insignem cerebri, aut imbecillitatem facultatis, introductam ab humoribus calidum innatum extinguentibus, ut iuueni huic de quo agimus contigit, ex vxori Iosephi à Castro, optimi chirurgi: sed hęc iuuenis cum esset, post variis morbi labores suum diem obiit.

### Curatio trigesima, in qua agitur de erysiplete mortem accelerante.

**V**XOR Heliae Vzielis, & nata Iosephi Benuenisti, post liberam à quartana, quam passa est menses sexdecim, in quibus menstruam purgationem nunquam vidit, febri continua correpta est, cum qua simul erysipelas phlegmonosum, eius caput totum ferre cum ceruice inuasit, & delirabat, & sopor quoque per interualla eam tentabat, cum quibus lotium crassum, subnigrum; infima in parte sedimentum habens, erat: nam & biliosa vomebat, præcipue cum liquidum, aut ius ali quod gustaret, & ventrem lubricū habebat, ex quo mera, biliosaque excep-

nebat: casus nanque difficilis, & consideratione dignus, hic est, pro quo abi gendo, ad salutēmque reuocāda nobili muliere ista accersitus medicus, illi co ex brachij sinistri vena exteriori, respiciente phlegmonem, sex sanguinis vncias recte extraxit, & remediu locale (topicū dixerim) quale ex aqua decoctionis furfurum, maluarū, hordei, & violarum paratur, apponi iussit, sæpèque innouari. Sequenti die, hoc est, secundo ægritudinis, vocatus & ipse, omnia contemplor prædicta, quæ à sanguine male affecto, & longo tempore retēto, ac in partes disgregato, eueni re cōperio: quum nanq; sanguis menstruus tam diu retentus esset, ob morbum fortē, eius partes auctae, variae sunt redditæ: nā subtiliores in bilem sunt versæ, quæ corporis superiores partes repētes erysipelas phlegmonosum generarunt: à largiori nanq; bile, pauculo sanguini mista, erysipelas phlegmonosum ortū trahit, cuius portiū, cula, cerebrum occupās, delirium patrebatur, veluti & sōporem citato à nobis modo, hoc est, per quandam scilicet in spiritus, & calidum innatum lancinationem, eorumque mortificationem.

Nam & bilis pars altera, in ventriculā ruens, per vomitum excernebatur, veluti altera, per intestina corruens, per ventris excremēta, quæ non farò ventriculo lācinationes, nauscā, anxietudines, & leues qualdam syncopas inducebat, crassior nanq; pars atrabilaria, locum suum tenens, iecinoris gibbam partem obsidet, quæ per renes delata, cum vrina transmittitur, & nigra appetet: iis igitur consideratis, aduer- tō, mulierem hanc viginti ætatis suæ habere annos, tēperaturā vero æqua- lem, cuius virium robur nō adeo con- stabat. Vnde cum alij medici de repe- tenda sanguinis missione contēderēt, ego illis contradixi, & scapulis, cuto incisa, cucurbitulas quatuor affigi ius- si; per quas sanguinis vncias tres chy- rurgus extraxit, & tūc ægrotans resi- puit, & erysipelas magis serpsit: sed in phlegmone diminutum est, qua de re iussimus lactucam prædicto fomento inſciri, & ægrotantē iure pupilli, pri- fānæ tremori misto, cibari, noctu ve- rō, clysmus ex hordeacea: oleo viola- ceo, & vniciola vna atramēti cassiq; com- positus, sicut injectus, in aurora verò pharmaciū sequēs ebit, R. Tamarin- dorum

dorum salis expertiū vnc.v.prunorū pinguium numero 10.hordei pug.vnū, florū cordialiū pug. mediū: in aqua tur. Rec. prædicti adiuu.artem, & cole- tamarindorum optimorum, drac̄tr̄s, thabarbari optimi drach.vnam, cassiæ recēns extracte vnciam medium,syru- pi rosati solutiui vncias duas, misce, fiat haustus vnum quem ieiuno stom- cho bibat, & parum supra dormiat. Ceterū, cū in nocte septies, vel octies multa excreuisset, pharmacum nō bi- bit, & inde melius habuit. Nam post cucurbitulas exercitas non amplius delirauit: sed quæ illi offerebantur re- citius accipiebat, & hac aurora pulsus validiores appauerunt: digitorū nan- que tactui magis resistebat, erysipelas tamen, vt anteā ita habebat, & ea de- cauſa, prædicto remedio, parū aizooi, id est, semperuiui, adiūgi fecimus, quo postquam locus fouebatur, rosaceo vnguento eum illini faciebamus, supra- posita spongeia imbuta fomento. At, quia alius lubrica erat, & excre- menta acria excernebantur, ne forte intestina ipsa exulcerarentur, iussi- mus clysmum repeti, absque tamen

Egyptiacæ cassiæ atramēto, & syrūpū rosaceū, tā ieiuno stomacho, quām interdiu cochleari acciperet, veluti granatōnū sun̄ rājoris gustabat: gargari-  
zabat nanq; nō raro, hordei decocto,  
mixto prædicto succo acido granato-  
rū, aut syrupo acetoso, ad præcauēdas,  
minuendāsque gutturis, fauciūmque  
partes. Quinto die, febris mitior est  
facta, & virina clarior, & ad cibum ap-  
petitus pronior, erysipelas tamen ma-  
gis tunc tumuit, sed minus infestabat,  
optimum sane indicium, vsque à par-  
tibus internis ad exteriores, pessimus  
humor expulsus videtur, id quod palā  
fecit aurium dolor, quem ea nocte pas-  
sa est, & illico delituit. Sexto die ery-  
sipelas dextram partē capitis cū oculo  
& fronte, occupauit, & noctu antea se-  
xies excreuerat, ingenti ventris dolo-  
re, mera biliosa, qua de re, præmisso  
clysteri anteaēto, etiam cuī albo oui-  
timor etenim est de dysenteria. cucur-  
bitæ iterum scapulis, incisa cute, sunt  
affixa, & topicum remedium sinistra  
parti, hoc est, vbi primū erysipelas  
inuaserat, quod fere in declinatione  
iam erat, hoc applicitum fuit, R. fur-  
furum,

furum, maluarum, hordei integri an-  
pug. vnum, in aqua bulliant, secundum  
artis ministerium, ex quo decocto lin-  
teum imbutum sāpe dolenti lōco ap-  
plicabatur, dextra vero pars, ad quam  
erysipelas serperat inuaseratve, & ad-  
huc in augmēto est, sic præmunita fuit,  
Rec. maluarum, furfurum hordei inte-  
gri, lactucę, semperuii, plātaginis an-  
pug. vnum: in libris sex aquæ fiat deco-  
ctio sufficiens, & coletur, & manibus  
recte exprimatur: cui solum adde  
succi semperuii, lactucæ paucō aceto  
extracti an. vnc. ij. misce, fac somētum:  
& linteis eo imbutis, sāpēque innoua-  
tis locus soueat. Septimo perinde  
sunt omnia, octaua nocte decies egressit  
biliosa, spumea, sed non multa, parum  
dormiuit, & inquieta tota nocte man-  
sit, cui ea nocte menses tunc erumpere  
cooperat, quos, vt dixi, sexdecim antea  
mensibus, non viderat: & tunc erysipe-  
las non ita inflammatum apparebat,  
cæterum vt menses fluarent, ciceræ, &  
petroselinū vulgare furibūs inderen-  
tur, & parum vini albi diluti, vt vires  
reficeret, ebiberet iussimus: sed hoc  
die pessime habuit, pulsus nanque de-  
siccabant per interualla, & ipsa angu-

stiabatur, qua de te epythema refrigerans exceptum panno infecto coco, cordi applicitum fuit, & ex condito cordiali optimo, per intervalla gustabat, & frictiones cruribus siebant, & semotibus cuturbitæ applicitæ sunt, & pessus ori vteri inditus, ex Mercuriali, carica, & pauculo oleo lilino consistens. Nono ter egressit, & circa fauces vlcuscula ingenti inflammatione apparuerunt, & melius dormiuit, & vires constabant: digitorum nanque tactui pulsus validius resistebant, & lotium fere subiugale tunc exiuit. Sed tunc frictiones consuetæ exercebantur, & gargarismo vtebatur, & amyllum iure pulli deglutiebat, in quo & semina melorum, aut eorum extractus succus illi miscebatur, & hordeaceam bibebat. Cæterum, decimo die erysipelas caput & faciem infestare desit, & brachium dextrum, cum scapula & thoracis parte dextra occupauit, & renes ægrotans tunc dolebat, eruperant nanque menses, sed nihil ex eis consideratione dignum fluxit, & circa podicem ingentem caliditatem actredinemve sentiebat, & pulsus ingenti caliditate varias mutationes præ se ferebant; forte pro varia humoris

CVRAT. MED. CENT. VII. 103  
humoris acris & pessimi inuasione. Tunc demum, cum per omnia discorro indicia, hæc pessime habere, vt nulla salutis spes sit, deprehendi: & re vera undecimi initio, diem suum obiit, non sine parentum ingenti dolore. iuuenis nanque venusta, & opulens satis erat, quæ quum puerum peperit, illico in quartanam incidit, quam passa fuerat plures menses, pro qua propulsanda, varia calida, & acris medicamenta ingessit, ex quibus creditur, morbum hunc ortum traxisse, & per consequēs obitum. Obiit autem mense Ianuario 1560.

## S C H O L I A.

*Huius miserande iuuenis curationem prescrissimus, ut casum difficilem indicaremus, similique ut memoria euocaremus, tanta cum acri bile, ex qua febris continua, erysipelas, mētis delirium, ventris dolores, excrementa biliosa omnia & fitis ingens procedebat, humorem pituitosum consungi non posse, ex quo forte caput occupante, vulgares medici somnum euensis credenter, quum re vera, somnus huic muleri, ab humore acri, extinguente calidum innatum, ex quo frigiditas vix remedialis oritur, euenerit, ut Hermocrati,*

alii à nobis citatis agrotantibus contigit, & euentus ipse indicauit.

**Curatio trigesima prima, in qua doceatur de phlebotomia die in critica facta.**

**H**oc eodem tempore nata Secūdi qui pileos conficit, mulier annorum circiter viginti quinq; temperatuar biliosæ, cum puerum recte peperit, forte nō exacte purgata est, vnde postea cum ad aerem frigidum peruenisset, & aquam frigidam tractasset, eius corporis expiramenta sunt constricta, coarctatāvē: vnde succorum prohibita transpiratio est facta, & putrefactio ingens, & consequens febris continua putrida illico cum delirio oborta est, quibus postea successit pleuritis, latus sinistrum occupans. Pro quibus leuandis morbis & muliere ipsa ad sanitatē restituenda, vocatus ego die septimo, eam prædicta pati, & cum delirio febre inueni; ad hæc pulsum prædurus & paruum, sed per interualla subleuatum habebat, tussiebat, & nonnulla screabat, vnde cerebri meninges, & siccängentem costas membranam, cum plethora male affectas esse iudicauit.

Pro

Pro quibus extirpādis malis affectiōnibus, cum periculū esset vacuationē tardare, illico eodē septimo die ex sa-phena pedis sinistri sanguinis vncias quinq; extrahere feci, quæ quidē san-guinis missio optime contulit, & mulier ipsa eam recte tulit, vnde ab appli-cito oxyrrhodino sincipiti, & sequenti bus diebus cucurbitulis, incisa cute, scapulis admotis, ac propinato leui pharmaco purgatorio, & lambetiu sāpē gustato, melius habuit, adeo vt intra decem dies, sanitati fuerit restitu-ta. Cæterum casus hic à nobis descri-put ferè respondet alteri ab Hippoc. citato, lib. 2. Prorrhēticī, aphor. 47. in hūc modum initium habere: si mulieri à partu, & cætera.

**S C H O L I A.**

*Nisi illico huic septima die succurrissimus, proculdubio, in cerebri inflammationem hac deuenisset, & per consequens in obitum: proinde recte à Galeno consultum est, etiam in diebus criticis, cum vrget necessitas & natu-ra senior est, nos secure vacuationes quascunque necessarias moliri posse, vt alias in in Cen-turiis patefecimus, & docti laudarunt.*

**Curatio trigesimasecunda, in qua agi-tur de miris quibusdam capitis uul-**

G 5

neribus, ex quibus et memoriae et uisus facultates amissae sunt.

**I**lle cui in occipitio vulnus ingens infictum fuit, utriusque membranae, duræ, & subtilis, portiunculam aliquam cum substantia medullari perdidit, & sanatus est: memoriam tamen in totum amisit. Alter vero, qui vulnus mirum in sincipite habuit, ex quo ipsum moriturum omnes prædicebant, sanitati fuit restitutus: oculi tamen visionem, eius maxime, qui vulnus respiciebat, in totū perdidit, forte quia neruus visorius Iesus erat; puer vero Isaïæ sacerdotis, ex ingenti in capite vulnera accepto, utriusque oculi lumen amisit: tamen ipse, recte valenterque hodie habet: absque tamen utriusque oculi visione.

**C**uratio trigesimatercia, in qua agitur de nonnullis, qui ex quodam carbonum odore, noctu perierunt.

**A**d viam absque exitu, Romanis fundulam dictam, in fornice, sine testudine a camera, tres viti noctu dormiebant. Qui simul eadem nocte, ob semiaccensos in prunario relictos carbones, omnes mortui sunt.

## SCHOLIA.

Ob fumum carbonum peñsum, et rite humane alienum, non euemilatum ab aere, in obitum et exitum iij peruenere: non vero, ut Erafistratus putat: propter spirituum tenuitatem, ob quam contineri spiritus ipsi in corpore et arteriis nequidunt, ut memoria commenda-  
vit Galenus lib. 7. de Vsu partium, cum Era-  
fistratum huc in modum sugillat, dicens, Era-  
fistratum porro, cum hic quoque causam  
in qualitate familiarem, atque alienam con-  
ferre docuisset, confert nescio quo pacllo, in spi-  
ritus tenuitatem, ac crastinem: existimat enim  
propter ea perire eos, qui in Charonis sunt, ba-  
vahro, tum eos qui domos incolunt calce super  
illitas, aut qui ex quodam carbonum odore,  
et alii generis eiusdem extinguntur: quod spi-  
ritus praeterea contineri corpore nequeat.  
Satius autem fuisset, ut in alimentis, familia-  
ris quidam leguminum, oleorum, panis, atque id  
genus aliorum nobis est qualitas: aliena vero,  
cantharidis, et leporis marini, atque alio-  
rum eiusmodi, ita putare, aeris qualitatem  
quandam aliam quidam familiarem et ami-  
cam spiritui ipsius animalis, aliam vero  
alienam, ac corruptricem: si enim semel id  
intelligere potuisset, haudquaquam carbo-  
num fumum puro aere tenuorem pronun-  
ciare ausus fuisset, cum ille, omnibus crastior  
plane

plane appareat: hec Galenus, que libro de  
vilitate respirationis, capite quarto, idem  
repetit.

**Curatio trigesimaquarta, in qua agi-  
tur de tertiana continua, cum ery-  
sipelate phlegmonoso, ex lacte in-  
caseum concreto in mammis, ac pa-  
pillary genti dolore.**

**F**ilia Mysis à Botone, iuuenis de-  
cemocto nata annos, temperatura  
sanguinea vigente hýberno, postquam  
puerum recte peperit, parum expurga-  
ta est, ac inde continua tertiana febri  
correpta est, quam comitabatur erysi-  
pelas phlegmonosum, à podice in-  
choans, quod femora, & eius corporis  
altas partes, ab utroque latere occu-  
pabat, & forte ad brachiorū alas fer-  
psit, cum quibus papillas dolebat, &  
mammam tumētēs, & graues habebat;  
principue sinistram, in qua lac in ca-  
seum ingenti caliditate concretum  
contineri percipiebamus. ad hæc gra-  
uiter & tumultuose dormiebat, & non  
recte ad oblata se habebat: parum ta-  
men sitiebat, & linguam humentem  
tenebat. Ad hanc igitur vocatus ego,

ab

ab iniecto ex mercuriali cōfecto clys-  
mo, & exonerata alio, illico ex pedis  
octo extrahi, & succis herbarum frigi-  
darū s̄pē repetitis erysipelas infringi  
domarīve fecimus, & supra mamillas  
fomentum s̄pē apponi hoc, quod ha-  
bet, constāque malua, hordeo, solano  
domestico adiecto aceto, ex quibus  
mamillis muliercula dextra peritāque  
exugebat, sed parum extrahebat, quia  
in grumos conuersum lac erat, sed tūc  
syrupum refrigerandi vim habentem,  
hæc singulis auroris stomacho ieiuno  
bibebat, & prisam in victu, & hor-  
deaceam aquā pro potu habebat, quo  
in ordine quatuor dies perseverauit, in  
quibus erysipelas domatum euictū-  
que fuit, sed febris vigebat continua,  
singulo tertio die magis afflīgens, &  
læua mamma tumentior evanit, ex qua  
valde querebatur: inde enim pectora  
grauia & dolentia erant omnia: qui-  
bus de causis internam cūbiti sinistri  
venā secuimus, & ex ea sanguinis vni-  
cias quinque extraximus, & supra læ-  
uam mammam male affectam cata-  
plasma efficāque remedium & appro-  
batum ex incocta faba, adiecto aceto,  
imponi,

imponi, s̄p̄q; innouari iussimus, quibus breui mamma melius habuit. Cæterum sequentie die huc suprauenit, quem subsequuta fuit febris: longo tamen sudore profundo cum somno exoluta, ynde libera à tanto malo iuuenis hæc māsit, iuxta Hippocratis dipterium, à causone habito, rigore supraueniente, solutio fit morbi. Cæterum hæc post iudicationem elapsis duobus diebus plenius cibari nostris mandatis cœpit, vt ita agendum nos docuit Galenus.

**Curatio trigesima quinta, in qua proponitur fœtum intra uterum maternum, per umbilicum nutrimentum recipere, contra Authorem libri de carnibus, & quod fœtus per umbilicum lotum remittit, non vero per uirgam, ad Simpsonem Hæbillium medicum doctum & multorum linguarum peritissimum.**

**Q**uasi admiratus nō contemnēdo dubio ad me venisti, Simpson omniū fortissime, vt qui apud Hippocratē legeres, puerū intra vterū maternum

num per os nutriti, nō vero per umbilicū, vt omnes medici cū Gal. hucusq; credunt: vt autem dubio tuo fidē præstares Hip. opuscula chiruridij formulis excussa, in mediū attulisti, & locum libello de carnibus indicasti, in quo hæc legūtur: Puer labra cōprimēdo ex vtero materno fugit, per ósq; alimētū, & spiritū, omniū quæ in corpore sunt, calidissimū, attrahit; id quod verissime esse probatur, quia pueri nascuntur, in intestinis habentes sterlus, quod illico cū in lucē veniūt, egerunt: indicū maximū sanc, q; per os fugūt, aliter sterlus non haberēt. Itē videamus, q; puer statim vbi natus est, mammā fugit, id quod nesciret, si intus fugere assuetus nō esset. Hæc ex Hippocrate, cuius verba, ne lector desideret, ita habēt, Ceterum puer in vtero cōprimēns labra ex vtero matris fugit, & tū alimentū, tum spiritū cordi intro trahit, vbi sancē mater respirarit; est enim hoc calidissimū in puerō, & hoc calidū etiā reliquo corpori, & aliis omnibus partibus motum præbet. Si vero quis interroget, quomodo hoc quis sciat, quod puer in vtero trahit, & fugit, illi sic respondendum est, pueri nascuntur sterlus in intest

intestinis habentes; & ubi nati fuerint, celerime ventrem, tum homines, tum pecora exonerant: Atqui non haberent stercus, nisi in utero suxissent, immo neque mammam statim ut natum est, fugere nosset, si non in utero suxisset: Hæc enim Hippocratis eadem cum à nobis dictis habentur verba, in quibus puerum per os nutriti, non vero per vmbilicum, legitur. Cæterum ego tunc libellum illum de carnis, medicorum primi, parentis Hippocratis Heraclidæ filij non esse, tibi pro responso dedi, id quod ad præfens firmo, sed potius eius aui, Hippocratis, Gnosidici filij, aut Polybi, eius generi, aut filiorum Thessali, vel Draconis, aut potius Euriphontis, vel Phaontis, vel Philistionis, vel Aristionis, aut alterius cuiusquam priisci, quorum nonnulli tempore Hippocratis vixerunt, alij vero parum antea, veluti alij parum postea, qui Hippocratis propriis & genuinis libris multa interseruerunt, multa addiderunt, veluti ex eis non pauca expunserunt, & alia oblitarunt, ut propria Hippocratis opera Hippocratis non esse, qui quis dicere audeat: nostrum vero hoc

EV R A T . M E D . C E N T . V I I . 113  
hoc iudicium firmum, ratum, & verum esse, vel ex hoc conuincitur, quia germano & proprio suo Hippocratis libro de natura pueri, legimus, per vmbilicum puerum & alimentum, & incrementum suscipere; quem librū Hippocratis esse, non est qui ambigat: nā etsi Galenus libro de foetus formatione, eum Hippocratis esse, vel Polybi dubitet: eius tamen sententias ut veridicas recipit, immo Epicheremata, ac ratiocinationes à magno Hippocrate, eo in libro inscriptas esse nō diffitetur per vmbilicum alimentum puerū recipere. Ita enim Hippocratis hæc sunt verba, Iuxta mediā autē carnem, vmbilicus distat, per quem spirat; & alimentum ac incrementum puer capit: quam sententiam Galenus, ut Hippocratis verā & germanam recipit, suisque dogmatis non raro inserit; eui postea cæteri medici fidē præstarunt; & in suis monumentis ita habent. Puer per vmbilicum alimentum capit; ab vmbilico nanque ad iecur, venæ deriuantur duæ, & arteria totidē, per quas, alimentum, & spiritum foetus attrahit, ut sequenti alio dūbio latius enarrabimus, quod habet, An per virgam

fœtus lotium remittat, anve per vmbilicum potius. Cui absque gyris more nostro breui respondemus, Puero intra uterum maternum mitti per vmbilicum vrinam, vt Galenus late probat libro decimoquinto de vsu partium, ad præsens tamen scire decet, fœtum tribus inuolucris seu membranis obuolui alligative, prima tenuissima, & alba, mollique, & tenella, quæ Græcis amnios appellatur, inter quam & fœtus cutē, humor copiosas, quem fœtus sudorem recrementumve appellamus, cōtinetur, cuius iuumenta non contemnda hæc habentur: fœtus enim in eo quasi innatans, sursum tollitur, ac yebitur, vt minus sit grauis iis vinculis, per quæ matrici cohærescit. Item, cum puer maturus exiū parar, calcitat, & hanc disrumpit, farcimalem membranam dictam, in qua lotium retinetur, ex quibus tunc sudor, & lotium profuit, qua irrigatione utri cœruix laxatur, emolliturve, & per consequens facilior fœtui exitus patatur: hinc enim obstetrices concinne assuefecunt dicere, primam esse disruptam, scilicet, membranam, sive tunicam, cum sudoris huius, & lotij profluuium,

profluuium, parturientes incurrere incipiunt. Cæterum membrana hæc non aliunde nascitur, quam venarum arteriarumque vmbilicu[m] potentium interuentu, secunda vero membrana prima amplior est, Græcis allantocidis, farciminalis, sive intestinalis dicta. Nam allas, olim farcimen erat, quod ex carne, & farina subacta in crassius intestinum coniecta fiebat, intra nanque primam membranam, & secundam hanc farcimalem dictam, vrina ad tempus usque partus excipitur, quæ per meatum vrachum, ex fundo vesicæ exortum, iuxta vmbilici medium producentem, inter farcimale, & primam agniculam dictam, deriuatur. Est enim humor hic inter duas has membranas contentus, tenuior, tum flauior, tum acrior eo sudore, qui est intra agniculâ, adeo vt dissecentiū olfactū, teterimus huius humoris odor male afficiat. seorsum autem humor hic, sive vrina à fœtu est adducta ac seiuēta, neq; cutim neq; venas, quæ secundis insunt, attingens, ne ab eius acrimonia partes vicinæ laderentur. Cæterum vt res, quæ de agimus, clarior euadat, scire decet,

quatuor in vmbilico, esse vasa, duas scilicet arterias, & totidem venas, in medio sui vrachum, hoc est, vrinarium meatum habentes, qui quidē meatus vrinarius ex fundo vesicæ exortus, lotium in farciminalem membranam deriuat. At huius superioribus meatus partibus venæ, inferioribus arteriæ adhærescant, per quæ vasa, veluti per truncos, & canaliculos quosdam ex matrice fœtus sanguinem & spiritum trahit, ut priori absoluimus quæsito. Sed restat non contemnendum dubium, quod Galenus ex priscom quorundam placitis proponit, & sic habet; Si verum est quod puer ex collo vesicæ vrinarium meatum usque ad apicem virgæ apertum habet, cur magis lotium per vrachum transmititur, quam per illū? Item detur quod per vrachum vrina ad farciminalem membranam deriuatur, cur non pars eius aliqua saltē ab ipsa vesica per virgam eiaculatur? quia natura nihil frustra facit. Respondebat Galenus, id in causa esse, totum lotium per vrachum, siue vrinaculum remitti, & nihil per collum vesicæ, quia latitudo vrinaculi multis

CVRAT. MED. CENT. VII. 117  
multis numeris maior est ea, quæ vesicæ collo inest: item rectitudo eius maior, quæ ad educendam vrinam colli obliquitate est præstantior, quibus addit, nullum musculum esse extrinsecus vrinaculo appositum, qui effluxum excrementorum prohibeat, cuiusmodi reperitur ad collum vesicæ, pro quo laxando, aut constringendo, voluntaria actione fœtus indigeret, qua, referente Galeno libro de fœtuum formatione, caret, ubi præcipue cerebrum, post iecur, & cor gigni probat. Cæterum rem hanc ita haberi, cum Galeno, hodierna Anatomia approbat. Diuisa etenim ea peritonei parte, quæ vesicæ est præposita, utrumque simul factio, vmbilicum quidem attollito, & quod in vesica continetur, comprimito, manu ipsam comprehendens: cernes autem lotium per meatum, qui est ad vmbilicum, vrachum dictum, in farciminalem effluere, quin etiā si ipsam rursus farciminalem cōpresseris, vesicā impleueris; sin contra vesicā, membranam ipsam farciminalem impleueris. Quæ omnia accidunt propter ea quæ à nobis dicta sunt, scilicet propter restitudinē meatus vrinaculi, & ciu-

dem latitudinem, & cætera. Huic sententiæ subscriptit Auicenna sen 21. libri tertij, capi. 2. quanquam interpres inibi omnia peruerterat, & confundat, veluti sen 14. eiusdem libri, eo capite, in quo agit de causis propriis ascitis, vbi puerum intra uterum matris per sumen mingere ait, immo post natum, anteaquam fascietur, etiam per sumen lotium mittere fatetur. quid vero interpres per sumen intelligat, non satis constat. Ego vero per sumen, meatum vrachum Auicenam intelligere cum Galeno crediderim, & eo magis, quia citato à nobis loco, sen 21. vbi de generatione fetus agit, puerum per vmbilici infusorium, lotium transmittere dicat: vocat autem interpres vmbilici infusorium, meatum vrinaculum dictum, siue vrinæ ductorem, per quem, postquam infans in lucem est editus, ab obstetricibus incisum, aquositas exit, & hoc forte est, quod Auicenna ait, post natum puerum, ante fasciatum, etiam per sumen lotium mittere. His iam colophonē imponebamus, vt qui eis institutum nostrum absolueramus, nisi tertia membranula describēda occurrisset, Græcis  
choi

chorion dicta, quam Latini secundam appellant, barbari vero secundinam, nonnulli etiam loculos vocant, quæ nihil est aliud quam multarum venarum & arteriarum quidam plexus, interualla membrana obducta continens, in quam omnes\* venæ & arteriæ ab utero foetum perentes, tanquā in truncorum radicem quandam pertingunt, & finiunt. cæterum cū prædictæ membranæ duæ tenues, vt aranearum telis similes sint, ita chorion hæc, siue secunda, in parte pollicaris crassitudinis cernitur, substantia vero leniens modo nigricans, friabilis, fungosa, & vt dixi, multiplici vasorum serie implicita, quæ fetus neque ambit, neque contingit totum, vt reliqua alia membra ut duæ dictæ, aut vt putamen nucleus, sed ab inferiori pectoris parte ad illa utique, ipsum tanquam circulus cùppam incingens obuoluit, vt latius Gal. prædicto decimoquinto de vsu partium libro, & de foetu formatione, velut de uteri refectione docet: & hodierni de Anatomia scribentes, viri multa laude digni, enarrant. Scire tamen defet, quod cum primū infans in lucem venit, vasa vmbilicum componentia, cum

vrinaculo, obſtetriciſ iuxta ventrem præſcindunt, ſed animantia bruta ea dentibus abrumpunt, inuoluca ſeſtus plerunque deglutiendo. Nouiſti tu au- tem docte Simpſon, vmbilicuſ nihil eſſe aliud, quām conflatuſ corporuſu- lum ex duabus veniſ & totidem arte- riis, in medio vrachum habentibus, quarum portiuncula intra puerum re- linquens, temporis ſucceduſ exareſcit, vt memorię coimendauit Gale, quo- que non ſemel. Bene vale vir docte, & rationib⁹ Authoris libri de carnibus, pro primo abſoluendo dubio, quæ tua eſt ingenij acuties & liberalitas, meo nomine reſpondebiſ.

**Curatio trigesimafexta, in qua doce- tur, gemellos unica contineri, ob- uoluue ſecunda, non uero duabus, aut pluribus. Explicatur Hippo- crates.**

**V**icturus genium debet habere li- ber, ait poëta. Sed quodnam ge- niū medicus liber præ ſe ferre debeat, vt optimus habeatur, & in perpetuum viuat, nullum aliud me hercle melius putare, quām ſi Hippocratis axiomata, diſcretia, ac documenta, ſumma cu-

ra, & vigilia apprehenſa, recteque in- tellecta, & enarrata conſineat, poſteri- tatiq; aſſeruata habeat: hac enim via, vt ego puto, medici libri aeternitati conſecrabuntur, quemadmodū Galeni libri antiqui per ampli & immortales, Hippocraticam doctrinam longe cla- ram & patentem continentēs, in qua amplianda Gale ita ſe gemit, vt ipſe ait quemadmodum Traianus Imperator, in restituendis ampliadisve totius Ita- liæ ſenticosis, ſtrictis, & inuijs itineri- bus, quæ ſummo studio ampla; peruia, & lata reddidit. Non ab re igitur erit, fi nos, ac ſi libri hi noſtri, vietiū ſint, Hippocratem ad præſens, vt ſep̄o faci- muſ, interpretemur hac in ſententia, quæ libro de ſuperfætatione ita habet, Quæ gemellos geſtat, eadem die parit, veluti concepit. habet autem utroque pueros in una ſecunda. Quibus in ver- bis Hippocrates ait gemellos contine- ri uinca tantum ſecunda, chorio dicta, nō vero duabus, aut pluribus; id quod verum eſſe experientia attestatur quo- tidiana. EZRA. Mirum id mihi videtur, ſi nanq; verum eſt, vt ſuperiori curatio ne innuisti, puerum in utero matris, tribus obuolui membranis, agnina,

farciminali, & chorio, siue secūda, con-  
sequens est, etiam si gemelli sint, vnuſ-  
quisque ſua obuoluatur ſecūda. AMA-  
Tvs. Plura & quæ veritatem continere  
appareant argumenta adducere poten-  
tis. EZRA. Vicini, docte & amice, ſed  
omnia falſa, & cauillorum plena: ſunt  
nanque hæc de quibus agimus, ſolda;  
& quæ non niſi veritatis ſcopum deſi-  
derant, ptoinde ut Hippocratem medi-  
cum experientiſſimum, diuiniflumq;  
intelligamus, audi: quæ duos geſtat fo-  
etus mulier nunquam chorion, ſive ſe-  
cundam cum primo remittit, niſi poſt  
ſecundi foetus exitum. EZRA. Pauliſ-  
per rogo: aſiſi recte teneo, verbi gra-  
tia, mulier gemellos vtero gerens, ho-  
die alterum peperit, crastina vero die  
alterum in lucem datura eſt, ex qua ſe-  
cunda primo partu foras non veniet,  
ſed in fine ſecundi. AMATVS. Recte. EZ-  
RA. Audi rogo, quia dubito, & anceps  
ſum, ſi poſt primum foetum in lucem  
editum, alter multos dies intra vterū  
mancerit, ut ſuperfœtatio ad duos &  
tres menses ſit, ut aliquādo fieri vide-  
mus, & Aristoteles libris de animali-  
bus, diſerit, mulierem vtero geren-  
tem, poſt tertium mensem gestationis,

ab adultero ſupraſœtataſi eſſe, etiam  
ſecunda ſemper intus manebit, quoad  
ſupraſœtatio hæc abſoluatur? AMA-  
Tvs. Maxime. EZRA. Mira audio, quo  
mođ igitur obſtetrices ſe habent in  
primo gubernando puerο, & eius ab-  
ſcindendo vrinaculo? AMATVS. Dicam.  
Noſti iam, ut arbitror ex dictis, quod  
per vmbilicum fœtus nutrimentum re-  
cipit, & per eundem lotium remittit.  
Sed iam ad propositum. Quum infans  
in lucem venit: ad eius vmbilicū iuxta  
ventrem; obſtetrices parturientibus  
aſſistentes, vrinaculum præſcindunt,  
quod & earum prudentiores, poſt ab-  
ſcissum, leuiter exurunt. Porro ipsius  
vrinaculi reſiduum, cuius alta pars ſe-  
cundæ intra vterum hæret, parturien-  
tis femori alligant, ſapè ex eo ſanguinem  
fluere procurantes, quoad forte  
ex ſe exareſcat, aut ſaltem ſi mođ diu  
ita manet, altiori in parte ſcindunt. ge-  
mellis igitur vnicā tantum in eſt ſecun-  
da, ut recte Hippocrates nos docuit,  
ſed illi vrinacula duo affixa ſunt. No-  
ſtis autem, ut dictum eſt, per vmbili-  
cum fœtum nutrimentum recipere, &  
per eundem lotium remittere: vnicui-  
que nanque puerο ſuum proprium

324 AMATI LVSITANI 125  
vrinaculum est. Cæterum masculorum  
secunda, ab ea quæ obuoluit foemellas,  
vt expertæ aiunt obstetrices, variat:  
masculorum nanque extracta secunda,  
in orbem redigitur, foemellarum ve-  
rò, vt ipsæ obstetrices astruunt, tan-  
quam sinus duo, aut manticulae duæ  
cernuntur, quæ si multum hæreat, &  
non facile excidat, leuiori vngue ab  
obstetricice feriatur oportet: quia cùm  
primum sanguis ex ea effluxerit, breui  
decidet: aliter ad medicamenta con-  
fugiendum est, præsertim caftorium,  
vnâ cum pulegio, aut calaminta, me-  
lirato exceptum, vt docet Galen. lib.  
x. de simp. med. facult. Cæterum vnum  
præterite non est, quod sepe euenit, &  
ita habet: fœtus caput non raro ab ob-  
stetricibus, aqua plenum, iuxta os vte-  
ri, tempore partus percipitur, quæ ni-  
hil est aliud, quam lotium intra agni-  
nam membranulam contentum, non-  
dum autem membranula illa disrupta  
est, qua de causa, vt breui disump-  
tur, & pueri caput liberum maneat,  
supra membranulam illam, micam sa-  
lis apponi iubemus, ex qua breui dis-  
sumpitur, & voti compotes obstetri-  
ces euadunt. De iis autem hæc pauca  
non

CVRAT. MED. CENT. VII. 125  
non contemnenda sufficient, quæ pro  
libro de superficatione intelligendo  
non parum faciunt, & ea ut non raro,  
ita nunc, nunc in vxore Benedicti Ap-  
puli experti sumus, quæ gemellos pe-  
perit, masculum & foeminam, mascu-  
lum primò, & optime ac viuum, fo-  
minam vero post biduum, quæ bra-  
chium primo extra cunnum misit, sed  
postea ex se intromissum est, & tunc  
adiuta mulier, eam peperit, sed emor-  
tuam, & ultimo secundam, bona au-  
tem fortuna, ex se brachium factus,  
retractum, intromissumque est, quum  
pueri fere omnes, quibus brachium,  
aut membrum aliud præscinditur vnâ  
cum matribus pereunt, vt filiæ Malam-  
etii medici: & aliis euenisse obserua-  
tum habemus.

*Curatio trigesima septima, in qua agi-  
tur de melancholiæ quodam gene-  
re, ingenti cum fame eueniente.*

*V*XOR Sanctæ Sacerdotis, mulier  
honestissima, & honoratissima,  
temperatura optima prædicta, & quæ  
cum recte valeret, parum loquebatur,  
& parcissima in victu erat: post multū  
& longum mœorem, cum ætatis suæ  
ana

annum quadragesimum ageret: hæc, sed quæ ridiculosa forte videbuntur, patiebatur, nunquam stabat, sed semper deambulando loquebatur, & garacula erat, & continuo comedebat, & nunquam satura euadebat, immo cibum semper appetebat, ut à pueris domesticis panem etiam è manibus ariperet: qua de causa, cum antea gracilis, & macie affecta erat, carnoſa est reddita, cum quibus parum bibebat, & de ventriculi ore querebatur, & parum vel nihil dormiebat: post primum vero fere duarum horarum somnum, insomnis postea semper manebat, sed tunc vigil varia loquebatur, ut vix ab aliis perciperetur. Ad hanc igitur vocatus ego, omnia ut dixi, eam pati deprehendendo, quæ non nisi ab humore melancholico, originem trahere certum est, perinde eam tanquam melancholia affectam, habita ventriculi conſideratione tractauimus, curauimusve.

## S C H O L I A.

*Morbus hic melancholia dici meretur, cibino appetitui complicatus. Qui ambo à succo atro originem trahunt, ab acido autem succo, hoc est, pituita acida, veluti aria bile, aut verius succo dicto melancholico, acerbo, figi-*

*do, adstringente, comprimente, caninum appetitum etiam incitari, non raro Galenus inculcat, ut apud eum legitimus, lib. de simpl. cauſis, quarto, cap. 7. ex 2. aphor. enarratione 21. non ob hoc tamen cum Alucenna, ex cum sequentibus, in errorem labamur, credentes, quod succus melancholicus à liene ad ventriculum derivatus, famem, ex appetentiam naturalem excitat, quem hoc falſissimum sit, ex contra Galeni veram doctrinam. Ait namque Gale. lib. de r̄si part. 4. cap. 15. ex eiusdem voluminis libro 5. cap. 4. Per venosum quendam meatum, aut breue quoddam ras, hinc in ventriculum succum melancholicum eructat, transfundit re, ut ventriculis omnes functiones, que conſtrictione quadam conſidunt, suaporis qualitate, acerba, ex acida, ac adstringente, cohoret, ac inde ne cibum ante exacte confectionem, concoclūm re, elibet sinat. Ceterum cum hec appetentiam caninam patitur, non ab re est, si de ore ventriculis conqueratur, circa quem mortis exiſtiones continuas sentire tradit: refert namque Galenus libro quarto de ſymp. cauſis, capite 7. simili in caſu, circa os ventriculus, in quo appetentia fit, dolores, ex animi defectus; cardialgiamque fieri, veluti per conſenſum, in capite morbi comitiale, ex granum soporem, ex non raro delirium.*

*Curatio trigesima octaua, in qua agitur de ictero affecto agroto, qui non raro graui torquetur dolore circa intestinum duodenum, aliis cum symptomatis.*

I Vuenis, qui ab hinc triennium ictero morbo, lienis cum duritie labrat, saxe per interualla prope os ventriculi ingentem percipit dolorem, vt ego coniecto, in duodeno, & ieuno intestino: sed tunc dolore cum corripitur, horrore afficitur, quem postea sequitur febris, quanquam aliquando horrore ingenti cum febre corripitur, absque dolore aliquo: ceterum quod dolor hic duodenum & ieunum intestinum occupet, vel ex hoc patet, quia infima in parte oris ventriculi eum percipiat, sentiatve, quo in loco duodenum intestinum sedem habere, nemo est qui dubitet. Secundo, quia meatus bilem deferens huic inseritur duodeno, vt ex Galeno docti euadimus, libro 2. de temp. cap. 8. & 5. de vsu partium, cap. 3. & 13. Meth. med. lib. cap. item 13. quanquam interpres Linaceti infeliciter locum illum interpretabatur, cum dicat, & meatus qui ad

ieui

ieunum pertinet, sit apertus; cum rectius locus ita legendus sit, & meatus, qui in ieunum bilē demittit, sit aperitus: non enim Galenus vult meatum hunc ad ieunum pertinere, vt ei inseratur: sed tam, vt per eum bilis suggatur, immittaturve: à duodeno em in intestino in ieunum per eum meatum bilis cadit: quia duodenum intestinū in orbes & anfractus nō conuoluit, qua ratione multi duodenum inter intestina non connumerant, vt meminit Gal. lib. 6. de locis affectis, cap. 2. & latius lib. 6. Anatomicarum administ. vt liquido euadat, bilis hunc meatum nō ieuno: sed duodeno, aut exerto inseri intestino, vnde Auicennam in hoc errare, qui fen. 13. libri tertij contrarium dicit, manifestum est, vt ante nos viri doctrina, & eloquentia eminentes litteris mandarunt. Recepit igitur canentes, dicimus, consequens esse cum tanto bilis fluore per meatum: hunc magna eius copia per interualla defluat, ex qua dolor ipso in intestino duodeno consequatur, ob quem dolorem spiritus contristantem, & bilem putrescentem, horror cum febre consurgit, plerunque viginti quatuor ho-

ras non excedens, aliquando tamē bilis confertim, ac subito extra propellitur, vnde horror cum ipsa febre absq; dolore vlo euadit, & tunc accessionis die, cum dolore vel sine dolore, lotium biliosissimum apparebat, & oculi crotei, quanquam toto morbi cursu etiā eiusdem coloris essent. Cæterū vt hūc iuuenem à tanto morbo, sedationē liberaremus, postposita bilis illa per vniuersum corpus effusione, quod symptomā appellamus, in mētē venit, huic omnia haec mala eueniisse, ob expultricis vesicæ bilis receptricis imbecillitatē: ad intestina nanque expultricis facultas bilē propellebat, vnde dolores illi grauiissimi, & symptomata citata consequebātur, testabātur hoc vrina biliosissima, stercus album, nulla ad dextrū hypochondriū grauitas, & alia proinde vniuersus noster conatus, eo dirigebatur, in excretrice roborāda facultate vesicæ bilis receptricis, tā medicamentis intus assumptis, quām foris applicitis, quibus nihil memorari dignum consecuti sumus, sed perinde ut primo ægrotus mansit. Tractauerā namque ante nos, medici ægrotū hūc quem tanquā ab obstructione labo-

rantem curarunt sed absque fructu vlo, putabant namque ij meatum quem diximus, ad intestina deriuatū, obstrūctum esse, quum re vera laxior quām opere.

*Curatio trigesimæ in qua agitur de quadam graui pleuritiae, p. 11. que de morborum temporibus, & in eis uario præbendo uictu.*

R odostan Chilibi, Turca nobilis, robustus, & optimi habitus, annos natus quadraginta, temperaturæ optimæ, vigente hyeme, & flante borea, pleuritide male affectus fuit, grauiter nanque superiores costas dolebat, dolore quidē non admodū acuto, punctilīve, sed brachiū dextra cū manu prehendente, grauantēve, quibus difficulter spirabat, & cōtinuo febriebat, & tussiebat, sed nihil excrebat: ad quē vocatus quarto die, eum ita vt dixi pati inueni, non egerebat, non expuebat, neq; vacuationem aliquam habebat, totus constrictus erat, & nihil ferē gustabat: intenſissime tamē siciebat, cum quibus vires vt cunque constabant, indicia sane attestantia humorem peccantem crassiusculum esse, & coctioni

ineptum, & rebellē; prōinde excretis intestinorum excrementis ab inicto clysmo, illico dolenti loco, vesica bo- uina anodynō fomento semiplena, ap- plicita fuit, quo perinde dicitur, & vt antea pessimum, tunc vero eius- tis lateris anxillaris cubiti ve- dē secta fuit, & sanguis missus ad vn- cias decem, à qua sanguinis missione, dolēti loco sacculus ex furfuribus ace- to primo irroratis, & in sartagine ad focum exiccatis, modico cum sale ad- motus fuit, & pro victu ptisanæ cre- mor saccharo apparatus oblatus, qui & per interualla syrupū de glycyrrhi- za modico cum oxy mellite lambebat: hoc etenim ordine septimo die excre- re cœpit, sed parum, & cōsideratione indignū; quo in die iterū ex cubiti se- ñta vena totidem sanguinis vnciæ ex- tractæ sunt, cuius beneficio liberalius excreare cœpit, viseida & sanguino- lenta, & tunc ex vnguento anodynō pectoralī locus doloris fouebatur, pro quo propulsando dolore omnia quæ illi offerebantur tepida erant: nam in potu hordeaceam aquam incoctam pauca glycyrrhiza habebat: sic enim graibus cum symptomatis, ad no-

num vsque incessit, post quem, sputum multum substātia & colore meliorem remittebat: instabat autem iam tunc morbi incrementum; tunc vero die duodecimo, Ägyptiacæ cassiæ atra- mentum exceptum decocto pectorali illi dedimus, quo recte purgatus fuit, à quo die liberalius ex ptisana illi elar- giebamur, mitiora nanq; symptomata erāt redditæ: sic em̄ hoc ordine ad 27. diē progressus, paulatim mellicratum bibendo, quandoq; vero lambetium de pino, aut sanum expertūmque di- stum, ex toto liber & sanus eusit.

## S C H O L I A.

*Quum Turcam nobilem hunc tractarem, curarēme, memorie occurrit Abderitanus Anaxion pleuriticus, cuius Hippocrates morbus describit, libro 3. de Morbis vulg. & alibi, qui ad 34. diem perdurauit; hinc vero de quo agimus Turca, pleurisi prologata fuit ad 27. diem, pro quo scire licet, quod omnis morbus quatuor habet tempora, principium, augmentum, statum, & declinationem, modo morbus materialis sit salubris, & qui per con- coctionem maxime terminatur. Nam morbus lethalis, quovis tempore interficere poterit, scilicet vel initio morbi, vel eius incremento,*

vel vigore; salubris nanque morbus, tametsi natura sua quatuor sit natus habere tempora; aliquando tamen euacuatione aliqua excretaria intercipi poterit, & mutilari, vel in ipsis initio vel augmento, vel statu, ut memini Gal. libro de opima secta, ad Thrasibulum. Alterum tamen, quod morbi ij qui in suo vigore crisi unica exaltam, & completam habent, declinatione carent, ut memoria commendauit Gal. predicto libro ad Thras. & ratio ita esse quoque suffragatur, quoniam si vacuacione ab artifice facta, morborum tempora intercipiuntur: à fortiori, ea quoque intercipientur quando materierum excretia completa, & vt decet, necessaria, à natura facta fuerit. Fiunt autem crises exacte, & perfecte in morborum statu, unde quoties morbi humores vitiati, ex toto depulsi & vacuati fuerint, & ex statu liberatur, & tandem morbus declinatione carebit, ut quoque Aetius sermone quarto sue medicinae ca. 19. nō preterivit, & nos cum de Crisi verbum fecimus, memoria commendauimus: intelligi igitur debet axioma hoc: Morbus quatuor habet tempora, modo materialis sit, salubris, & qui per concoctionem maxime terminatur: morbus nanque qui unica absaluitur crisi, exacta, & perfecta declinatione caret. Ceterum in declinatione

135  
natione vniuersali, agrumi mori, impossibile est, in declinatione tamen particulare, hoc est alciuus paroxysmi & grotos mori sape contingit, ut memoria commendauit Gal. libro 3. de Crisiibus, & alibi. In vniuersalibus namq; morborum declinationibus neminem morbi ratione mori, vel ex hoc clarum euadit, quia natura in morbi statu, & vigore, vtrix evasit, quia non solū resitit vehementioris morbi conatur, sed ipsum quoque superauit, & opprescit, unde fieri non potest, ut deinceps succumbat, si modo error non committatur aliqui, in accessionum vero particularium declinationibus, multi mori sape vissi sunt, quia natura vis imbecilla erat, qua in principio accessionis, augmento, & statu perdurare valuit, quem scilicet, adhuc habitus ipse in unum collectus cotinebatur, tempore vero ipsius declinationis à centro ad extrema, calore retrocedente, spargitur, atque dissoluitur. Ceterum scire licet apud Galenum morborum haec citata tempora tripliciter a. cipi, & distingui, uno modo penes concoctionem, & cruditasem succorum, de quo libro, de Crisiibus, & de totius morbi temporibus, & alibi non raro loquitur. Alio modo genes symptomatum magnitudinem, & sequiem, de quo, libro aphorism. dixit, præcipue enarratione illius aphor. circa principia, & finem

omnia imbecilliora, circa statu omnia fortiora. Tertio modo, pro dispositione, sive essentia ipsius morbi, de quo, tertio libro de ratione rictus in morb. acut. ut paulo inferius indicabitur, locutus fuit. Distinguuntur igitur morborum tempora penes tria, videlicet, causam morbi, ipsius symptomata, et morbum ipsum, sine dispositionem morbi, que tempora sepe coincidunt. Nam in pleuride anteaquam egrotus spuere incipiat, status quo ad dispositionem, et quo ad symptomata, conueniunt, et simul sunt, quia eo tempore maxima rigent symptomata, et inflammationis tumor maximus, quae cum egrotus ipse spuere coperit, et symptomata, et tumor immixuntur, ut docuit Gal. enarratione 62. commentarij tertij, in lib. de ratione rictus, in morb. acut. ad hunc modum inquiens: coctis siquidem affectionem progignunt humoribus, confessim egroti excrebunt, quod si qualia oportet solum expuere coperint, in neutro adhuc modorum, neque affectione, neque in symptomatis morbus augebitur. Et paulo inferius ita quoque predicta firmat, cum ait: Sapientis autem mutuis exultat incrementus, et decrementus, symptomatum magnitudines, et ea que affectionis est, fitque id in his phlegmonibus, in quibus pus effluit, quod iam est confitum, ut in vulneribus quibusdam fieri

fieri consuevit, et in peripneumonibus, pleuritis, dibusque. In quibus verbis, ea que diximus clare Gal. exponit, qua in enarratione statum affectionis, sive dispositionis, et symptomatum variu contingit temporibus dixit, hoc sequenti modo. Nam sapientis affectione ipsa, qua laborant, mitior quidem existit, sed symptomata augmentur, ut in phlegmone ob sessis particulis, quo ipse Hippocrates inquit modo, cum pus conficitur, tunc dolores et febres sunt magis, quam cum factum fuerit. In quibus verbis Gal. tradit, circa generationem sanie aug-  
mentum fieri quo ad symptomata, quo ad af-  
fectionem vero imminutionem. Est autem af-  
fectione, quam tunc egrotus patitur, phlegmone,  
sive tumor preter naturam, quem apud sanie  
generationem imminuit tradit. Cuius contra-  
rium videtur asserere libro illo, cuius titulus est,  
de totius morbi tempore, cum de inflammatio-  
nis temporibus agit. Pro qua diluenda dubi-  
tatione, simusque pro hac alia, an quatuor  
morborum salubrium universalia tempora  
coincident cum quatuor symptomatum tem-  
poribus, an aliqua ex parte differant, scire li-  
cet, quod symptomatum, quaedam sunt pro-  
pria, et inseparabilia, Gracius, pathognomoni-  
ca dicta, quae vera et indubitate morborum  
signa sunt: alia vero communia sunt propria  
autem sive inseparabilia, verbi gratia, in

pleuritide, sive phlegmone occupante succin-  
gentem coctas membranam, sunt tumor, ru-  
bor, dolor, febris continua, pulsus serrinus,  
tussis, & respirationis difficultas: Commu-  
nia vero predicto in morbo erant, sitis in-  
gens, vigilie, capit is dolor, delirium, phle-  
nitis, inquietudo, fluxus ventris, & hu-  
iustmodi alia. His prescis, dicamus, quod  
tempora symptomatum propriorum, & in-  
separabilium, semper coincidunt, cum tem-  
poribus disumpsiis à morborum salubrium di-  
positione: & ratio est, quia symptomata  
hec pathognomonica delta, morbum conco-  
mitatur, ut umbra corpus, sequitur & si  
morbus lene habet, & ipsa mitis, & leuis  
euadant necesse est: unde sit quod morbus  
salubris quo ad suam essentiam sive dispositio-  
nem, mitior sit in augmento, quam sus  
principio, & in statu longe mitior & secu-  
rior quam principio & augmento. Porro si  
contingit in statu propria hec symptomata  
plus quam in principio inualefacit, & gra-  
uiora fiant, quod sape evenire obseruamus,  
& Gal. innuere videtur enarratione illius  
aph. circa principia, & finem omnia imbecil-  
liora, circa statum omnia fortiora; dicamus  
id non proprie, & per se, sed per accidentem  
contingere, ut ab eodem Galeno quoque per-  
cipitur aphorismo illo, *Dum pes conficitur*,  
dolor

dolores & febres magis accident, quam eo fa-  
cto: ob commotionem enim & agitationem  
& calore factam, in phlegmonis materiam spi-  
ritus, sive flatus gignitur, ex quo particula  
magis distenditur, & solutio continui maior  
eradicatur, ex qua quoque ebullitione, preceden-  
te agitatione, cor magis conualescit, &  
consequenter viuens corpus: unde febres,  
& symptomata reliqua graviora euadunt, que  
cum propria antea dicebantur, iam commu-  
nia & tempore fiunt, & talia dici merentur,  
quia in communium symptomatum naturam  
transfugerunt, & hoc modo dixit Gal. libro  
de totius morbi temp. tumorem in statu ma-  
iore esse: cum tamen re vera minor sit, ut  
ex eius citatis à nobis verbis, è libro de Ratione  
re victimis in morb. acutis, clarum erudit. De  
symptomatis vero communib[us] nunc senten-  
tiā feramus, dicentes, quatuor tempora, se-  
cundum symptomata, quandoque cum qua-  
tuor morborum temporibus coincidere, quan-  
doque vero non: coincidunt autem quoties mor-  
bus crisi absolvitur unica, ut in causone, ter-  
tiana continua, synocho & quandoque pleu-  
ritide, que non raro quoque unica absolvitur  
crisi, ut sudore, fluxu ventris, sanguinis per  
vares fluore, & aliquando per urinam, ut ipsi  
in Centurijs, me dixisse memini. Ceterum  
non coincidunt horum symptomatum tem-  
pora,

pora, cum morborum temporibus, quoties morbi non habent crises subitas, sed in ipsis potius morbis materia paulatim coquitur, & paulatim excernitur, ut quotidie in pleuritide fieri percipimus, veluti peripneumonia, lippitudine, ex alijs varijs morbis in quibus tunc status cum declinatione coincidit, & principium morbi cum statu, quia status morbi coincidit cum leui declinatione, & principium morbi seu cum coincidit cum status symptomatis. Hac autem ita esse percipitur ex ijs que à nobis sunt dicta, curatione 28. de quodam Romano habita, in qua diximus, Hippocratem pleuritide affectos rüberius in statu cibare, quam principio vel augmento: unde temporum divisionem à symptomatis diuersam haberi ab ea, quam à morbi temporibus desumimus, certum est, & per consequens triplicem illam temporum considerationem necessariam esse, liquido euadit, quam fusi, commentarijs nostris, quos in Auctiennae fen. quartam libri primiscriptos reliquimus, enarrauimus, & eos in Anconitana dilectione nostra amissimus; ob quos tantum desperditos commentarios parum absuit mihi euenire id quod duobus medicis euenit, quorum Galen. libro 2. de comp. med. per gen. meminit, ex quibus unus ob scriptorum suorum amissionem interitumue, contabescens perij. Alter vero desferatus,

prop

CVRAT. MED. CENT. VII. 141  
propter similem causam à rebus medicis destitut.

*en acto quadragesima, in qua agitur de febre tertiana, quæ postea degenerauit in continuam malignam, & male morigeratam febrem.*

D Auid Naamias ex Monasterio oriundus, iuuenis annos natus viginti, optimo habitu, & temperatura biliosa prædictus, post longum conseruum iter, in febrem biliosam lapsus est; prioribus nanque duobus diebus, duplex tertiana eū inuasit, singulo nanque die singula accessione corripiebatur, à qua ut medicus assistens refferebat, mundus euadebat, dein vero, ab epoto Aegyptiacæ cassiæ atramento febris in continuam degenerauit, continuo nanque à febri ægrotus affligebatur; ad quem vocatus ipse, septimo ægritudinis die, ut qui pessime haberet, ipsum continuo febrentem, & soporosum inueni, ad hæc lotium crassum, rubrum, sed turbatum valde, pulsus vero vixunque constantem. Cæterum ad ea quæ illi offerebantur mediocriter se habebat: porro hic prioribus quatuor diebus vigil erat, sequentibus vero.

vero caro, Subet Arabis dicto, detinebatur, quibus multa effuniebat, & delirabat, quorum causa illi sanguinem ex brachij curvatura extrahere propo-  
sueram: Sed ecce, natura ex se prouida, tanquam attis inuida, eodem septimo die multum sanguinis per nares transmisit, & forte ad vncias qua-  
tuor, quae sanguinis quantitas sufficiens cum non esset, protanto amolliendo, domandóve morbo, accersito chirurgo, basilicam aut communem venam aperire decreueram. Ceterum cum sinistre chirurgus basilicam tun-  
deret, in sequentē diem sanguinis mis-  
sio procrastinata est, quo in die cū ba-  
silica, & communis vena minus bene  
apparerent, & exterior, cephalica di-  
cta, tumens esset, ex ea secta sanguinis  
vnicias octo fluere permisi. Erat autem  
sanguis floridus, rubicundus, siccus,  
absque serosa humiditate aliqua; tunc  
nanque ut dixi, plus iusto dormiebat  
hic, & omnes ferē, qui tūc simili morbo  
corripiebantur, profundiori somno  
oppressi, moriebātur: vesperi vero uni-  
uersum eius corpus pulicari sympto-  
mate plenum conspeximus: erant au-  
tem exanthemata rubricantia; runc

scap

scapulis, & ceruici quatuor cucurbitulae cute primò secta affixa sunt, & octo aliae absque scarificatione paulo inferius iuxta spinam, & nates admox̄, quibus melius habere visus est, sed breui pulsus imminuti sunt, immo si-  
nistro in brachiali, arteriarum pul-  
sus non percipiebantur, & vrina subiu-  
galis turbida, & crassa perseverabat,  
quo in tempore, infuso uno, vel altero,  
leui ramen, aliis irritabatur, & deco-  
ctum confectum ex tamarindis, hor-  
deo, floribus cordialibus, cicoreo, en-  
diuidia, buglosso, prunis pinguibus, ac  
seminibus melonis bibebat, & eius ca-  
piti oxyrrhodinū exiguo oleo cōstās,  
admouebatur, sc̄pēq; innouabatur, &  
frictiones cruribus, & brachiis exerce-  
bantur, ab assistētibūsque irritabatur,  
& naribus spongiola acetō imibuta ap-  
plicabatur; vndeclimo vero pessime  
habuit, vt tunc eum mori omnes cre-  
diderint. duodecimo, vrina sequestra-  
tionem præ se tulit nonnullam, & arte-  
ria metacarpij sinistri à digitis nostris  
percipiebatur; tunc illico hoc die se-  
quens pharmacum illi dandum prope-  
rauimus, quod habet: R. floris cassiae  
nouiter extracti, drach. quinque, rha-  
bar

barbari optimi, drach. vnā, & alterius medium, diacatholiconis drach. tres. Excipiantur omnia decocto supradicto, & fiat haustus vnuſ, quem bibat, & supra dormiat; hoc etenim pharmacum contulit, & ipſe ægrotus recte tulit, vt qui in dies melius ſemper habuit, multa nanque excreuit. Cæterum quum iam refiſceret, de guttura conqueſtus eſt, quod cum introſpicio, tonillas vlceribus male affectas comprelio: ingens autem error fuit, vſque ad id tempus, huius fauces non conſpicere, proinde ſollicitus ſit medicus oportet, vt in multis, ita circa duo hæc, præcipue: quando ægrotum maligna & male morigerata febre laborantem trætauerit, primū vt fauces ægrotantis ſæpe aduertat, perſpiciātue: ſecondū, vt ſcapulas thoracēmque conſideret, quum vt in illis vlcuſcula ſæpe contingant, ita in iis non raro exanthemata pullulent, porro huius vlcuſcula, per dextrum chirurgū Isachum Caluum trætata, breui ſanata ſunt, & ægrotus ipſe ex toto liber, nobis cum autem in hac in curatione fuit Simeon Biton, Medicus doctus, & Mathemati-cus non vulgaris.

S C H O L I A

## S C H O L I A.

*Iuſ in febribus pestilentibus malignis, & male morigeratis, vigilia ſepe euenit, quam poſtea conſequi ſolet ſopor, forte partium reperiarum in humoribus varietate, ab ignea panque, ſubtili, ſqualidâque humorum particula, vigilia fit, que cum reſolutioꝛit, craſiuscula frigiduſculaque euadit, & conſequenter ſomnum conciliat, quanquam ijs in febribus non raro alter ſomnum introduci duxerimus, ob frigiditatem ſcilicet introductam, à caliditate ingenti, innatum calidum lancinante extinguentē: que frigiditas diſſiciliter curationem recipit, admittitue, vt Gal. docuit, libri Epid. & nos curationibus in hac Centuria citatis, ſuſiſtis patefecimus.*

*Curatio quadragesima prima, in qua agitur de morsu canis rabidi inflato, & poſt tertium elapſum menſem, pullulante, diriſue ſymptomaticis affigente.*

*V*Xor Samuelis Capuani, mulier virago, quum ex cubili quandoque ſurgeret, à cane domēſtico, ſub leto abſcōdito, in pede ſinistro cōmorfa fuit, abſcōdiderat ſe autē canis hic, quia commorsus ab alio cane fuqrat,

K

cæterū hæc canis morsum paruisfaciēs,  
vulnus accersita muliercula vna vel al-  
tera, breui curauit, clausit, & ad cica-  
tricē traxit. porro elapsō tertio mense,  
hæc cū extra domum exiret, pes in quo  
inflictus morsus erat, inflatus est, &  
noctū cū dormiret, forte marito præ-  
sente, ingenti pauore tremorē percī-  
ta se polluit; à qua hora rabidi canis  
venenū deoccultari cœpit, & ipsa gra-  
uissimis symptomatis tētari: tremebat  
autē, & angustiabatur, & quod magis  
mirari est, satyriasi, & ingenti coeundi  
desiderio premebat, sed tertio die in  
aqua metum ingenti cū siti, incidit, ad  
quā quarto die vocatus ipse, noto hāc  
vere viraginē, hac lugubri, tristi, & mi-  
seranda affectione tentari, corripivē;  
nā cum antea sēpe de cane rabido, &  
ab eo commorsis, multa & varia lege-  
ram, nunquam tamē, vt ingenue fa-  
tear, à cane rabioso demorsum homi-  
nem curauerā, tractauerāmve, magna  
diligentia, immo admiratione ingeni  
apud eā manebam, peisistebámve: co-  
gnouerat autē vulgus, ob symptomata,  
præcipue ob aquā metū, miserrimū  
morbi genus, à morsu canis rabidi or-  
tum traxisse, quē rabiosum esse, antea

non

non nouerant. Cum igitur experiri de  
morbo déq; ipsa egrotante ego cœpif-  
sem, omnia prædicta nota: cæterū cum  
aquam asserre coram iussillem, Deus  
bone, Deus sancte, quanto tremore,  
quanto ciulatu, & quātis angustiis op-  
primebatur, & toties, quoties illi a-  
qua, aut liquor aliquis offerebatur, aut  
ex accidenti eam videbat, & forte hac  
de causa, omnes ē cubiculo, ingēti tre-  
more, toruo quodā visu, leuatis mani-  
bus, reiiciendos curabat, me autē inter  
ceteros accersibat; quæ mente semper  
constans cum fuit, & iudicio singulari  
prædicta, morbū & cius originem cita-  
bat, narrabātve, sed inter cætera, ingen-  
tem tentiginē, cum seminis emissione  
pati inculcabat, adeo vt intra diē tri-  
gesches semen cū titillatione emitteret,  
indictum sae miserandum, & lethale,  
conuulsionem arguens. quod Auicen-  
na præ cæteris memoriae commendā-  
vit, ob quod simūlquē, ob aquā me-  
tum, prædiximus hanc breui moritu-  
ram. Obiit autem post aquā metum  
terrio sequenti die, ita vt sex vēl se-  
ptem, omnes fuerint dies post morbū  
deoccultatum: obiit autem tota algī-  
da, gelido sudore respersa. Cæterum,

& si morbum insanabilem cognorimus, nō desitimus tamen, à remediorum exhibitione necessaria, cōuenientēve, iuxta illud Vergilij,  
*Ne quid intentatū fūstra moritura relinquit,*  
 qua de causa, primo ex saphena pedis à cane morsi, sanguis iuxta Pauli, &  
**Auicennæ** doctrinam, extractus fuit, &  
 clysteres iniecti, & electaria cordalia propinata, & cantharides vni vel alteri electario immixti, quibus multū meiebat, immo, bis vel ter, per vas stricti orificij aquā ebibit. At quū morbus superauerat naturā, & cordis arcem iam occupauerat, breui cā interfecit. si autem morsus initio hæccurata esset, & ex canceris antidotū accepisset, procul dubio, in obitum non venisset. Aduentant igitur, qui canum morsus curare aggrediuntur. Porrò ex canceris antidotum, & eius veram, exquisitam præparationem, ex nostro pete Diocoride, cuius racemationes, octauam nonam, & decimam centuriam, complebunt, vt magno radicifecæ Senen satisfaciamus.

## S C H O L I A.

*Icta fuit mulier hec à cane rabido, illa obviā non veniente, sc̄i ex occulto cā mor-*  
*dente,*

dente, ferientēre, quæ postea elapsō trimestri, aquam & humidi omne genus abhorrebat, timebat̄ re, vnde mea sententia, argumētum efficax desumitur, hydrophobiam siue aque metum non fieri, quia cum sic rabie affecti, a quam intuentur, spume ex ore canis rabidi dentis recordātur, quum in hoc cane nulla apparet spuma, nec lesa mulier, villam vidit, sed ex occulto canis rabidus eam feriuit, momordit̄ re, proinde efficaciorem causam querant oportet, qui tali responsione contenti, euaserūt. STOPIVS. Quam igitur o Amate, causam aquæ metus putas? AMATVS. Ego cū Paulo, & Rufo, viro in arte medica longe exercitatiſſmo, experiētissimōque, & cui Galenus mulcum tribuit, dicam, neque amplius inquirendo, fatigabor: ita enim Paulus libro quinto sua medicinæ, capite tertio ait, metum aquæ nonnulli ex immodica fieri siccitate dixerunt, quasi humida ipsorum substantia, in contrarium penitus habitum mutata. Verūt Rufus talem melancholie speciem, ipsiſis obori- ti pronunciauit, veneno humorē illum imitato, quemadmodum alios melancholicos nouimus alia timere, quæ causa superuenit etiā ijs qui docunt, canis qui momorderit imaginem in aquis opinari se videre. STOPIVS. Atrident sane hæc, nec vt puto, prelixiori inuestigatione inquirenda sunt, vt qui Aut-

cedens eis quoque subscriptibat, & ex Galeno decerpta sunt libro de Theriaca, ad Prisonem, folio Trinacaeitano, 1081. in quo theriacas iuuentu-  
menta prosequitur, & ita habet, *Aque*  
*pauorem, morbum pestimum, hoc medicamen-*  
*tum sepe tollere consuevit, & mirabiliter tan-*  
*torum malorum concursui resistere: non enim*  
*corpus dentaxat ipsis inarcet, & convulsus*  
*interdum febrisque acri intus irritur, sed ani-*  
*mus etiam delirat, & gravissimum ipsis affen-*  
*symptoma. Quippe aquam timent, ac propter*  
*multam fecunditatem humidi tenentur defecatio,*  
*& potu abstinent, quia mente alienati, id quod*  
*auxiliari posse, non considerant, fugientia*  
*enim aquam parentesque miserrimo mortis*  
*genere intereunt.* **A M A T V S.** Corda  
hec à te, d. Stopi, Galeniana sunt adducta,  
cum ex eis Paulus, & Auicenna, ceterique  
postiores, suos in hos negotio impleuerint  
cantharos, immo si recte zeno, Galenus, citato  
à te loco postquam methodicos carpit, ut  
qui morborum causas negligant, medicum ra-  
tionalem philosophum, causarum inuestiga-  
torem laudat, & felicem agrotum dicit,  
qui ad eius pernenerit manus, hoc modo  
Nam huiusmodi medicus rationalis, eo qui  
commersus est, suscepto agroto statim accu-  
rate perquireret, qualis nam canis fuerit, qui  
ipsum momordit. **S**o enim audieris gracilem

corpore, siccum, oculus rubentibus, cauda de-  
missa, spuma ex ore fluente, preterea lingua  
foras porrecta, & tanquam bile colorata, ob-  
vium quemque insiluisse, citoque ratione cu-  
curisse, dein rursus subito consistenter, cū ira  
quadam magis furens, non ipsi praeuisos mo-  
mordisse: hec inquam si in eo sic habere au-  
diens, statim rabiosum canem suisse intelliges,  
itaque vulnus haud simpliciter, quemadmo-  
dum Methodicus curabis, sed cōfessim ipsum  
etiam amplius efficies, carne multo intercallo  
orbiculatum precisane facile ad cicatricem  
persuiciat, sed foramen dñe, minimum quadra-  
ginta dieb. patescat, vt per hoc canis virus  
emanet. Cauteris igitur admodum candenti-  
bus locum adurere solemus, & alii rei medi-  
camentis, que extrahendi vim obtinent, nec  
virus intra carnem manere sinunt, & cetera  
qua huic rei multum fauens. **S T O P I V S.**  
Percepisti ne d. Amate, mulierem hanc, ca-  
ni imaginem, aut catulorum effigiem, in aqua  
riduisse. **A M A T V S.** Nequaquam, aquans  
tantum, forte prædictis de causis metuebat, si-  
ti nanque ingenti, & aqua metu cruciaba-  
tur. Quibus oppressa, in angusto spes erat, vt  
breui postea diem suum obierit. **S T O P I V S.** In  
huius loco comparebant ne corpuscula cani-  
culos referentia? **A M A T V S.** Non, immo hu-  
ius lotium optimi coloris erat, in quo subsistens

pseudonebula conspiciebatur, sed cum prope obitum esset, in eo tanquam atomis in radio solis conspecti, à me sunt notata corporula, que ego renum & corporis substantiam dicebam.

**STOPIVS.** Misericordiam tentiginem, & semivis multam illam emissionem, in hoc caſu admiror, contemplorve.

**AMATVS.** Merito, ut quæ raro eueniat: si quando tamen euenire contingit, eam ex consultaſe ſeminaliſ ſascularum eueniffe, credendum eſt, quam Auecenna quandoque vidit, & notauit: ſed ex Galeno scriptis mandauit: utcunq; tamen ſit, indicium hoc lethale eſt, & mortiferum, veluti aquæ metus, ut dixerint sapientes, li cui aquæ metus ex morsu canis rabidi congerit, nunquam ſuperstes euadet, ex quib; vnuſ Apollonius Pergamenus appellatur: ſi tamen aliquando vnuſ vel alter aquam immens ſuperuixit, talis non à cane rabido hydrophobiam contraxit, ſed ab homine lymphato quodam modo vitium adeptus eſt, ut Paulus memorie tradit:

**STOPIVS.** Quid audio, homo iictus à cane rabido rabidus factus, alios ſi momorderit, rabire facit?

**AMATVS.** Immo,

**STOPIVS.** Audieram aliquando, amantes iictos morsu canis rabidi, in rabiem agi omnes, preter hominem.

**AMATVS.** Hoc falſum eſſe, Leonicenus priſcae medicei ne instaurator acerrimus, libro illo, cui in

tulum fecit, de Pliniſ & aliorum medicorum erroribus, iamdiu patefecit, parum aduertente Camotio, viro alioquin docto, in eis marginalibus annotationiſ ulis, quas Paulo Agineta Venetis Aldi formulis excuso, anno 1554. affixit, iictum nanque quodcumque ſit animal morsu canis rabidi, rabidum euadit, ſed homo pre ceteris animantibus tardius in rabiem venit, ut aliquando post septennium viſus ſit homo à cane rabioso iictus rabire, ut testatur Dioscorides, & alij non negant, poſt tertium autem annum, hic Thessalonice hominem à cane rabido morsum in rabiem agi, vulgoſ vi- dit, & testatur.

**STOPIVS.** Preter canem, aliæ animantia in rabiem veniunt?

**AMATVS.** Maxime, lupus, Adib, à lupo, animal diuersum, ut nobiscum quoque Auecenna innuere videtur, cap. 5. feb. 6. libro quarti, in quo agit de morsu canis rabiosi: cattus, vulpes, muſtela leo, simia, equus, mulus, & came- lus, quem ego hic Thessalonica rabire vidi, & varia alia animantia, que non raro rabient, ut Galenum non parum adimeremur, qui libro sexto de locis affectis, cap. quinto dicat, reliquorum animantium nullum rabie affici, preter canem, quod falſum eſſe omnes norunt, non minus quam ſequens ab eo dictum, ride- licet canis rabidi ſputum ſi humanum corpus contigerit, rabiem excitare poſſe: nos vero ſci-

mus sputum rabiosi canis, si sanguinem non attigerit, exterius applicatum nihil obnoxij inducere posse. Ceterum miserrimi huic morbi curationem, ut pote paratu facillimam, Cornet Celsus prosequitur libro quanto sue medici, cap. 27. Quia huiuscmodi affectios, in aqua immersendos iubat. Ex Antidotis vero præstantissimis, quod ex canceris conficitur, et nos proprio capite, in nostro descripsimus Dic coride, primatum obtinet. Porro mulier haec quum liquidum omne metueret, solidum comedebat. Sediam nunc, nunc, cum haec commentamur, elapsa mens, ab obitu huius mulieris, eius ancilla quadagenaria, ab eodem cane commorsa, in obitum venit, eisdem symptomatis, eodem ejaculata et eadem miseranda rabie, ut etiam ultimo homines persequetur, obiit autem ut hera sua, post mortui eius ipsum tertium mensem, sexto die, post discoperitum morbum, et symptomata flagrantia. Ceterum paucos dies postea iuuenis robustus a cane demorsus brevi sunt diem obiit, ut iam omnes hic de canibus conquerantur, et omnes rabidos esse dicant: Alamanus tamē, qui per vobis libros reditat, a cane ictus in crure fuit: sed meo consilio cum vulnus ad multos dies adaperatur habuit, supra positio medicamento, quod linoleum concerptis excipitur, emmoton Graci rat, et vim ex alto attrahens habebat easist.

*Curatio quadragesima secunda, in qua agitur de duobus pleuritide laboratibus, in quibus febres prius defecerunt, quam dolores, et quod materia, que per excretum reici debaret, per secessum vacuata fuit.*

**N** Epos Eben portæ, & scrus Iacob Nauarri, pleuritide grauissima epidemicali laborarunt, quibus febres prius defecerunt, dolore adhuc manente perseverantibus, san forte quia crassior spiritus locum inflammatis debilem occupavit, unde distensio, & continui solutio fit, & consequens dolor, breui tamen exoletus: ceterum huic mulieri ea quæ per os reiicienda erant per secessum electa sunt. sanguinolenta, viscosa, & nonnulla citrina, forte quia adiuta potu atramenti egypiacæ cassiae, natura ad intestina materiam deriuauit, unde postea per secessum electa est. unde factum est, ut mulier haec sexaginta fere annos nata, quinto die, plus solito grauata sudare coepit, & septimo tandem per sudorem copiosissimum ex toto liberata.

## S C H O L I A.

*Quomodo ea que sunt in thorace per secessum, & que in pulmonibus continentur, per lotium aliquando remitti contingat, brevi sed docte explicunt Gal. cum alibi, tum libro de locis affectis 6. cap. 3. prope finem, ut nos quoque litteris quandoque mandauiimus, porro febrem in pleuritide prius deficere, manet adhuc dolore, minus malum esse, quam si contrario contingat, alius dixi: id quod & nunc ita rem haberi, experientia attestatur.*

*Curatio quadragesimatercia, in qua agitur, doceturque in tertiana exquisita, absynthij infusum, recte dari posse, cum Galeno, aduersus Alexandrum Trallianum.*

**D**Emetrius vir Nobilis Gr̄ecus, & ex iis, quos Gr̄ecivulgo κυρίου idest, dominois appellant, exquisita tertiana, ventriculi cum imbecillitate, laborabat, pro qua propulsanda cū omnina frigida humentiāve huic darerūt, admouerentūr ve: ecce cōcoctione apparente, medicus quidam infusum absynthij syrupo acetoso mixtū, ebibendum agroto proposuit, eo nanq; morbum facile absolui contestabatur, ad ducebātque Galenum ita huiuscemo-

di tertianas curare, libro Artis curat. ad Glau. qui hunc in modum docet; Vrina vero potionibus, in quibus apium, aut anethum maduerunt prouocanda, & si tibi coctionis signa monstrantur, iam cum fiducia aliquid absynthij potes exhibere, quod alioquin sumnum est stomachi remedium, ubi bilis infestauerit, si præsertim ex ipsius coma quārum sufficiat, accipiens mellicrato intinxeris. Quibus Galeni verbis fauent ea, quæ Oribasius libro 14. suorum collectorum, cap. 49. scripta re liquit, in quo, de iis quæ vrinam cident, agit, & ita habent, Absynthium per lotium expurgat, & maxime id quod in venis biliosum est, & cætera, quibus faciunt hæc: ut enim scammoniū, medicamentum apprime calidum, bilem purgando corpus refrigerat, ita absynthium per lotium bilem quoque va- cuando corpus refrigerat, & per con sequens, ut scammonium exquisita in tertiana conceditur, ita & absynthium concedi poterit: iisverò oppositum alter medicus contendebat, dicens, nullatenus exquisita in tertiana absynthij dilutum esse dādum, quia absynthium calidum siccūmque nimium cum sit,

calida intemperie hominem detetur  
magis cōcalefaciet, exiccativē, & sic  
ipsum colliquabit, & in marasimū tra-  
het. Quam partem tuerit Alexander  
Trallianus lib. 11. sūx medicinæ capi.  
& in quo Galenū ita suggillat, in-  
quiens: Miror autem quomodo Gale-  
nus, qui artem legitime si quis etiam  
aliorum medicorū exercuit, adeo in-  
distincte scripsérit, vt dicat, exquisita  
tertiana correptis, absynthij dilutum  
à septimo die propinandum esse: ego  
verd falsis tertianis potius dedi, mix-  
to ei oxymellitis momento. Sic enim  
pituitæ miscellam, & citra noxam ma-  
gis extenuat, & leuiter purgat, vt non  
v̄sus veniat origani, aut hyslopi, aut ca-  
laminthæ, aut pulegi, quæ omnia a-  
eriora sunt, & cum periculo, crebrèq; febrim iam magis accendunt, & cetera.  
Nos vero more nostro, hoc est, bre-  
ui, dicamus, exquisitus febribus tertia-  
nis afflictis, absynthij dilutum, aut in-  
fusum, aut ex eo syrump, etiam appa-  
rente concoctione, nullatenus esse dan-  
dum, libere cum Tralliano pronuncia-  
mus; & vt autem de absynthio, ita &  
de anetho, aut similibus calidis intelli-  
gi volumus, quum horum yice, cico-

rex,

rex, endiuiq; cicerbitæ, melonis, cucur-  
bitæ, acetosæ, nenupharis, aut similiū  
lotium prouocantium stillatitium se-  
cūrius, & rectius concedere possumus,  
aut melius, vt Auiceona docet, semi-  
num frigidorum cremore succinive,  
aut hordei, aut apij vnius vel alterius  
radiculæ decoctum, aut ex iis, & semi-  
niis prædictis, adiectis acidis prunis,  
& radice nymphæ, aut eius floribus,  
vel reliquis cordialibus dictis, deco-  
ctulum paratum, & immixtum syrupis  
refrigerandi vim habentibus, quibus  
& lotium & sudores euocentur. Si ve-  
rè exquisita non adeo tertiana febris  
suerit, & ægroti ventriculus imbecil-  
lis, & frigidus est, vt huic Demetrio  
euenit, tunc mea sententia Galeni do-  
gma veritatem continet, quod Auicen-  
na, vt solet, enarrat. Nam hoc in casu  
& apij radicem, & piper hordei aquæ  
immiscere iubet, vt proprio capite, de  
exquisitæ tertianæ curatione apud eū  
qui hæc legerit, si modo quis legerit,  
inveniet. horum igitur uterque medi-  
cus veritatem astuebat. Ceterum qui  
Demetrio tertiana exquisita laboran-  
ti, frigido cum ventriculo, verno etiam  
tempore frigidiusculo, dilutum ab-  
syn

synthij propinandum contestabatur, rationabilius loquebatur : leuissima nanque absynthij coma , aqua hordei macerata, breui postea excolata fuit, ex qua syrpus acerosus multæ acetositas dilutus , ab ægrotto non semel fuit ebibitus, & eo ipse bene habebat, adeo ut postea ebibito pharmaco leui, breui sanatus fuerit, & optima fruatur valetudine.

**Curatio quadragesimaquarta, in qua agitur de amissione visionis, subito post colaphum datum. contingentē.**

**M**Vlier, cui maritus in facie colaphum impegit, illico eodē dicitur, utriusque oculi visionem amisit, cœcū nanque euasit, nulla in oculis habitu macula , aut nubecula , lœsionē aliqua puri: nanque cernebantur oculi. Quæ non diu, postea surdastra quoque est facta, & fatua , cum quibus, lunaris purgatio huic deperdita est. Agitur iam annos, quòd mulier hæc nata annos viginti septem, malum & infortunium hoc patitur , cuius causas intimas cum curatione, ad præsens subtemus. Tu verd docte lector considera.

Cui

CVRAT. MED. CENT. VII. 161  
**Curatio quadragesimaquinta, in qua agitur de morbis uerno tempore contingentibus.**

**V**Erno tempore temperato , anni 1560. morbi sanguinei omnes fuerunt quales synochi, & pleuritides epidemicae, quibus laborabant pueri, & iuvenes , ac maiores natu, viri fœminaque à quibus missa sanguine proportione medica , etiam pures , omnes sani euaserunt.

**Curatio quadragesimasexta, in qua agitur de inflammatione uteri, que postea in ulceris abiit, & ob eius sequitatem, extra ipsum uterum phlegmone alia oborta est, & ad femoris altam partem adaperta.**

**V**Xor Moysis Aednæ , pharmacopolę experientissimi , & triū linguarum peritissimi, quum puerā optimè peperit , intus ad sedes vteri cum inguine multum dolebat, & continuo febriebat, gemebat, & diu in hoc infortunio perseverabat, inflammationē nanque intra vterū patiebatur, pro qua leuanda, celebrat̄ sunt vacuationes necessariae & remedia omnia conuenientia.

L

tia sunt applicita, & demum disrupta inflamatione ipsa, ex qua puris multi fluxit, in vlcus abiit, ex quo vlcere sanies per os vteri ad sex vel octo menses cōtinuo emittebatur. & pro eo curādo, syphōne somēta & lauacra variā eiacylabātur, quibus pus tunc nō rēspōdebat, quū tamē aliās cōtinuo fluebat, īdiciū sane quōd vlcus vteri sūpremas altasve partes occupabat, quas medicamēta nō attingebant, vnde ob inueteratū morbū, & ingētes dolores, extra vterū phlegmone alia exorta est, febres, & grauitimos dolores secū afferēs, quæ & ipsa ad suppurationē dūcta est, & cādente ferro, vbi cōiecturū assecuti sum<sup>9</sup>, hoc est, infra anchā, ad aperiuimus, ex qua puris ingens cōpia effluxit, & tādē vt decet tractata egrotans sana & libera evāsit, quum tamen in tātā maciē & corporis extenuatiō nem peruererit, vt eam in maras̄mum venturam medici omnes crediderint.

## S C H O L I A .

Quum primū inflammatiō exterior ad aperta fuit, silico ab interno vlcere vterū obidente, sanies effluere destitut⁹, vnde muli credebant vterum perforatum esse, id quod fieri posse non insicul⁹, quum nec solum hoc

sed in totum vteros deperditos, mulieribus in columbus manentibus, cum sapientibus prīcu ētenire nouimus: sed non uires habet, nulla enim vteri perforatio erat, sed ingentibus doloribus rigeantibus, & quia vteri collum distortum ad inguem manebat, factum est, vt drecte puris coluuiis coxā obfederit, vnde infāmatio exterior oborta est, ceterum remedia, & ad vteri vlcera colūtiones, Hippocrates p̄r ceteris melius attigit, libro de superfātione, tum de morbis muliebris. Porro huic similem casum memini me Ragusij vidisse in quadam nobili Bubakorum primipara. Sed cum hec literis damus, mulier alia nobilis occurrat, cui partus tempore vterus simul cū fatis foras prolabitur: sed postea, auxiliisribus manib⁹, remūtiū vterus, & retinetur, & clauditur, eo quo fieri solet mollo, vt ad vngue conniveat, ne speciliī apex intrare possit, & postea iterum partus tempore allabitur, & fatus manet, pr̄a: ipse quando mulier ambulat, cubans autem, intus eum remittit, & coit, & hoc modo sexies, vel oclies, p̄regnas facta est. & rēlē parit. Quem casum Galenus, alio quando forte vidit, vt libro tertio de facultatibus naturalib⁹ non longe à principio innuere videtur, cum dicat, mulieribus ita enire, quemadmodum eis, qui cum in lucta & contentionē, alios euertere deiicerēque

nituntur, vna quoque ipsi concidunt: ita namque rteris dum factum extrudit, ipse aliquando simul excidit, potissimum cum eius ad spiam ligamenta naturaliter sunt laxa. Haec Gal. Porro, rteris extra cunum elapsis, quomodo medendum sit, docet Hipp. in fine libri de sterilibus.

**Curatio 47. in qua agitur de scirrhoso quodam tumore interno, sub umbilico infestate, qui postea suppuratus, in umbilico fuit apertus.**

Pella optimi habitus, nata annos vndeclim, absque exteriori causa, scirrum prædorum inter abdomen & peritoneum, sub umbilicū patiebatur ex quo parum dolebat, sed difficulter per interualla meiebat, qui quidem scirrus, temporis diuturnitate, & remediorum beneficio suppuratus, in medio vmbilici, nostris mandatis chirurgo, vigete hyberno, est apertus, per quod emissarium pus albū & multum illico exiuit, & tunc turunda tinteta albo, & rubro oui simul confusis, intromissa est, supraposito etiam panniculo eodem ouo illito, ad multos tamen dies, postea turundaoui lateo, pauculo oleo rosaceo mixto vng

barum

batur, veluti panniculus qui supraponebatur, & tandem iis terebinthina adiuncta, digestuum dictum medicamentum, turundæ immittendæ deseruiens, parabatur: supra nanq; vnguentum basilicon, applicabatur, & vinum stypticum dictum, exceptū linteo apprime calidum, expressumque supraponebatur, raro febriebat, recteq; habebat, sed multum puris illi, ex plaga albi, semper fluebat. Cæterum ut puri facilis exitus daretur, ex spongia turunda parata est, quæ per emissarium ducta, latius reddebat: tandem post octimestre, in quo multa machinata sunt, tam prædictis, quam fasciis constringentibus, quam pus in altam partem impellantibus, & lauacris syphone ejaculatis, exiccandi & abstergendi vim habetibus, nihil tamen proficiens, ad apertioem, parte in inferiori, ubi morbi erat radix, deuenimus. Sed quo ordine apertio hæc difficilis, ob aqualiculi, siue abdominis crassiorem facta fuit, audi: per vmbilici autem foramen, curua tentoria stilla intromittebatur, quæ ad pectinis imam partem, inera scilicet abdomen, & peritoneum penebrabat, nondum autem

peritoneum disruptum, aut laceratum erat, ad cuius tentoriæ stillæ longitudinem, ferrum calybeum, firmum, curvum, cuspidé acutissima; incisoria, Gammaudis modo, fabrefactum est, in cuius medio cuspidis foramen est, per quod linea intromittitur: sed ferri huius manubrium, ligneum erat pro sumenda ad exactam complendam operationem, manu. Intromisso igitur instrumento hoc, eo modo quo tentoriæ stillæ, ima in parte ea, ubi foris signata erat, fortiter impulsò instrumento, at exteriora incisio facta est, cuius cuspis, aciesve, cum suo foramine exquisita fuit: in quo, ut dixi, linea quedam erat, cui fasciola linteæ, duorum digitorum latitudinis, longitudinis vero duorum palmorum, albooui confusa intincta, ligatur, ut extracto instrumento, per nouam incisionem alteram, eius fasciolæ pars introducta, foras per vmbilici emissarium pellatur, ut laqueo modo restet, & in dies innouari possit. Cæterum per hanc nouam aperturam sanies nulla flukit, & ea de causa mota fasciola, breui, ex se vulnus oclusum est, suete adhuc hodie per vmbilicum sanie. Igitur forte iam bi-

gium, ex quo puella hæc ita habet, cū quo fluxu, rectius & valentius quam antea habet, immo crassiuscula quamquam antea videtur, proinde credimus nos, cū primùm puella hæc lunarem purgationem experta fuerit, ab hac fecunda affectione liberabitur, aliter cum ea consenseret.

*Curatio quadraginta octaua, in qua agitur de muliere utero gerente, cui prope calcem noni mensis sanguis per alteram papillam multus fluebat.*

**M** Vlier in Circulo Basæ, ter iam peperit, & nunc utero gerit, & propè partum agit, cui ex mama dextra sanguis multus fluit, reliqua leuæ lacte nouo, colostro dicto, plena. Cæterum hæc puerum peperit, & valet, absque furore, vel infania villa.

*Curatio 49. in qua agitur de exanthematis, sive morbillis uniuersum corpus occupatis faedantibus.*

**P** Vella pulchra, & filia Formosæ à Saqua, nata annos octo, biduo continuo febriebat, & caput dolebat, huic secta communi in brachio vena, sanguis ad vincias quatuor fuit extractus,

tunc exanthemata, velut culicū mor-  
sus, erumpere, sed postea perextensa,  
vniuersam fere cutem occuparunt, &  
per nares illi multus sanguis fluebat,  
& fluxus ventris quoque illi superue-  
nit, sed recte gubernata, & per inter-  
ualla cochleari ebibito syrupo viola-  
ceo recenti, libera & immunis euasit.

## S C H O L I A.

*Aduertant, qui Galeni præceptis adstrībū  
ante quartum decimum annum, sanguinē per  
venae sectionem extrahere timent, quum ex si-  
natura, in hac puella sanguinem copiosum per  
nares deposuerit, ut saepe alias à nobis in aliis  
pueris obseruatum est.*

*Curatio quinquagesima, in qua agitū  
de cephalalgia, hoc est, recēti capi-  
tis dolore, quem secuta est ascites,  
et tandem mors.*

**V**ir, qui ex Philippopulo venerat,  
ingēti capitis dolote corripi ca-  
pit: causam autem doloris ille in hu-  
midiorē domunculam quandam, in  
qua dormiebat, reiiciebat, caput ali-  
quantulum tumidum habebat, & ad  
tempora intense dolebat, sed non se-  
briebat, neque quicquam quām cum  
clysteri eius respōdebat aluus, post in-  
iecta

iecta igitur acria clysteria, cucurbitulę  
scapulis, cute secta, sunt adfixæ, & san-  
guinis vnciæ sex extractæ, sequenti  
verò die, catapotia hæc illi deglutien-  
da dedi, R. pilularū cocchiarū, drach.  
vnam, aurearum, alayaret, ana scrup.j.  
diagridij, grana tria, trochiscorū, ala-  
andal grana quatuor, rhodomelite ex-  
cipiantur, & formentur catapotia sex,  
& inaurata deuoret, quibus vir hic iu-  
uenis, robustus, & fortis, parū egessit,  
& inde pari modo afflīctabatur. Tunc  
repetita sunt acria clysteria, & topicū  
remedium constans ex nucleis ossium  
persicorum, lacte muliebri exceptis,  
fronti, & temporibus applicitum fuit,  
sed frustra, perinde enim dolebat, qua  
de re venam frontis illi aperire feci, &  
sanguinem ad vncias quinque extra-  
here, à qua sanguinis missione, melius  
habuit. Sed ecce, intra duas horas ad  
latus dextrum thoracis doluit, & tu-  
ssire tussi humida cœpit, vnde illico, tā  
capiti, quām pectoris parti dolenti ad-  
motum absynthium & parietaria, her-  
bz oleo in frixorio exceptæ, & calide,  
intra horā, ab omni dolore immunis,  
& liber euasit: fortè autem, caput re-  
geate facultate, secta frontis vena, ro-

borata, peccatis materie residuum, ad thoracem detrusum fuit, sed breui optimi remedij beneficio resolutum, & in halitum versum. Ceterum hic longo tempore, de predicto morbo conquestus, in ascitem, sive aquosam hydrozem, lapsus est, & ultimo ventris fluxu resolutus, & exanimis, suū diem obiit.

**Curatio quinquagesima prima, in qua agitur, de duplice tertiana, & iocinoris abscessis.**

**V**XOR Mordohai Caualerij, post longam à morbo cōualeſcentiā, duplice tertiana correpta est, altero die saeue affigente, altero vero noa adeo: ceterum hæc iuuenis cum sit, & boni habitus, cum menses iam viueris mörborum suorum curriculo non viderat, ex vena brachij interiori, sanguinem illi démere iussi, cruciabatur namque valde iis febris, & in paroxysmis delirabat, à sanguine vero extraēto, syrum violaceum & oxyfaccium simul bibit, veluti sequentibus diebus, ieiuno stomacho; fuit autem sanguis extractus viuidus, floridus, liosus, & flauus admodū, nulli fere ad-

mixtū

mixtus aq[ua]ositati serosæ, à quo extracto (quod mirum sed verū dixerim) illico libera ab utraque febri māsit, neque amplius in eam recidit; fuit autem venæ hæc sectio exercita post tri-dū, die minoris afflictionis. Sed cum nunc hæc commētor, mulier hæc, cum puerum recte peperit, de dolore ventris valde conqueſta est: pro quo propulsando dolore, cum consilio obstetricum, tum medicorum consensu, varia calida remedia, & medicamenta ehibit, & admouit, quibus melius habere visa est; sed breui in iocinoris abscessum, forte calidorum remediorum frequenti vsu, peruenit, non sine febri continua, & angustiis, ac dolore, & biliosorum humorum varia excretione: pro quo abigendo morbo, secta fuit pedis saphena; & sanguis copiose extractus, dein vero sequenti die, ex basilica dextri brachij, sanguis quoque pro virium robore, fuit extractus, qui quidē sanguis floridus erat, nulla admixtus aq[ua]ositati: tunc vero emplastrum hoc jecori fuit ap[er]licitum, quod habet, R. farinæ hordei vncias duas, farinæ tritici vnciam vnam, pulueris rosarium vnciam medium, santalorum rub

jucund

rubeorum vnc. vnā, scœnanthi vnciam  
mediam, omnia decocto absynthij, &  
chamæmeli excipiantur, & adiecta vn-  
ciola vna vel altera olei rosacei, &  
chamæmelini, cum paucō aceto fiat  
emplastrum, quod s̄epe iecori applice-  
tur, & tunc syrupum de enuidia cum  
rhabarbari infuso singulis auroris bi-  
bebat, & clysteres refrigerandi & ab-  
stergendi vim habentes illi iniicieban-  
tur, qui ex hordeacea, oleo violaceo,  
oui luteo, & Aegyptiacæ cassiae attri-  
mento: cū paucō s̄accharo constabant,  
quibus, & abnegatis omnibus calidis,  
immo proposito victus ordine: leui, &  
frigido, breui recte habuit, neque am-  
plius in dolores recidit.

*Curatio quinquagesima secunda, in  
qua agitur de dolore spinae ad os  
sacrum infestante.*

**I**osephus Sason, vir biliosus, si quis  
alter, circa os sacrum ita dolebat, vt  
non nisi supinus cubaret: ad latus autē  
alterum cum mouebatur acriter dole-  
bat, ad quem vocatus ego, eum olim  
dolorem hunc pati deprehendo: nunc  
vero quia pondus graue è terra eleua-  
re conatus est, in eundem recedit, la-  
buītve,

buītve, non enim luxata, aut subluxa-  
ta particula vlla fuit, sed humor cor-  
riuans ad locum debilem, & dolore af-  
fectum, magis dolorem auxit, pro quo  
leuādo secta fuit in brachij cubito ve-  
na interna, & abunde sanguis extra-  
ctus, & loco dolenti, oleū myrtillorum  
nonnullis pulueribus constringēdi fa-  
cultatem habentibus mistum, & ad-  
motum, vt postea ceratū oxycroceum  
commistum emplastro à meliloto di-  
cto, quibus perinde doluit. qua de re  
proposueram pedis venam tundere, &  
ex ea sanguinem demere, cæterū cum  
primo absynthium & parietaria, her-  
bæ oleo frixæ applicitæ fuerint, & re-  
ctius habuerit, ab ea pedis venæ se-  
ctione nos retraximus, & ille, optima  
victus ratione proposita, vino, interdi-  
cto, breui sanatus est, nullum nanque  
per os medicamentum admisit, præter  
quam quod cassiam Aegyptiam denti-  
bus atterebat, & deglutiebat: clysteres  
tamen aliquot iniici curauimus, qui-  
bus alius respondebat.

*Curatio quinquagesima tertia, in qua  
restituitur Auicenna ab errore in-  
genti, ad pestem faciente.*

Vtinam

**V**timam Andreas Belunensis, aut doctus ipse Benedictus Rimus nonnulline alij, hac xstate viri docti, qui pro restituendo Auicenna latine loquente, tam multa moluntur, & codices Arabicos, vt ipsi aiunt, legūt, percurrunt, & conferunt, ac collationem cum ipsa latina versione faciunt, hunc tanti momenti errorem à medio sustulerint, vt mihi, & aliis doctis viris cruciandi locum non relinquerent. Quum nanque inter pestem versarer, & de peste nonnulla legerem, ecce occurrit mihi, Paterno Italo etiā adinonente, Auicennae locus, seu tercia libri primi Doctr. quint. capi. primo. qui ita habet, Aer verò cum corrumperit, aut sit pestilentialis, obuiandum est, exicando corpus, & reparando domum, cum rebus, quæ suis virtutibus refrigerant, & humectant, & hoc quidem est, quod magis est faciendum in pestilientia. Iis enim verbis ait Auicenna, reparandam esse domum, rebus quæ suis virtutibus refrigerant, & humectant, quibus oppositum non solùm Galenus, & vniuersus medicorū chorūs, sed Auicenna ipse tradit, & describit: vt autem me verū dixisse noscatis,

aud

audite; Auicenna sen prima libri quarti, tract. 4. c. item 4. ita tradit: Rectificationis autem pestilentiae pars est secundum sanos, qui sunt in ea, & pars eius est secundum sanos, & ægros, in illa verò quæ est secundum sanos, intentio est, vt exicetur aer & fiat boni odoris, &c. ex quibus verbis satis constat Auicennam aëris exiccationem in peste desiderare, iuberéque ad siccum aer vergat, vt quoque à Galeno accepterat variis in locis suæ doctrinæ. fallo igitur Auicenna ipse tradidit, reparandam esse domum rebus refrigerandi, & humectandi facultatē habentibus, cū potius rebus refrigerandī & desiccandi vim habentibus dicere debuit. Contradiccio hæc apud me tanti momenti fuit, vt illico plura & varia exemplaria latina versarē, obuoluerémue, in quibus prædicta vt vobis ingenue fatear, eodem modo habebantur, quæ postquam exemplo Hébræo conferrem, inueni ea latina deducta aëversa ab Hebraicis esse; aut verius ipsa Hébræa à latinis, ita enim in Auicenna Hebraice facto, legimus. בְּרָבְרִיס הַקְרִים וּמְרֻטְבּוּם rebus refrigerantibus, & humectantibus;

bus,

bus, suis virtutibus. Cæterum anxius  
ego pro veritate inueniēda, multa ma-  
chinor, & forte in Auicenna concilian-  
do, Scotum, aut eius confectorē Her-  
næum agebam. sed post omnia, vt nihil  
intentatum relinquem, exemplar A-  
rabicum tunc ad manus habitum, He-  
braicis literis conscriptum, consului,  
in quo prout veritas exposcit, scriptū  
inuenimus, vnde pro tanto beneficio  
Deo opt. max. ingētes gratias egimus.  
ita enim vt qui Arabicam linguā cal-  
lent, nos verum dicere noscant, in lin-  
guā Arabica, quæ parum ab Hebrei  
abest, legitur, **וַיְכֹס בְּקֻתָּה אֶת בָּאֵל אֲשִׁיר אֶל רַבְּרַד**  
quæ in  
ad verbum verti debent, Rebus qua  
refrigerent, & exiccent suis virtutibus.  
legitur autem hoc in contextu Arabi-  
co, vetayabes, id est, exiccent; quod  
verbum ab Hebraico abest, Genesis  
autem primo capite, legimus, Vaicra  
Eloim, layabasa erez, idest, vocavit  
Deus, siccum terram, hinc enim Vera-  
yabes Arabicū, à yabasa, Hebreo de-  
ductum est, cuius radix siue deriuatio  
aut foræ, à yabes. i. siccum est, sed ha-  
tantum eduximus, vt noscant omnes  
verbum Arabicum, Vetayabes, id est

quod exiccent, scriptum esse, vnde sa-  
tis conscius sum, quod Belunensis, &  
Rinus ipse, ac iis alij similes viri, suas  
in Auicennam restitutions, ab He-  
braico contextu, vel saltem ab eius  
enarratoribus, emendicarunt, non ve-  
ro à puro fonte Arabico eas contraxe-  
runt, quem si recte callerent, Auicen-  
nam de nouo interpretarentur, ~~et~~ am-  
ingentem errorem non prætermitte-  
rent, vt alios prope infinitos sileam:  
non deerit tamen aliquis, qui breui Au-  
icennam ex integro nobis latinissi-  
mum & sincerum ac purum pro veri-  
tate Arabicā, reddat, sed mea senten-  
tia, pro hoc conficiendo opere, non  
vnius viri, sed duorum, & trium labor  
emergat, decet.

*Curatio quinquefima quarta, in qua  
traditur egregium quoddam docu-  
mentum, pro mulieribus abortien-  
tibus, & parentibus ac molam pa-  
tientibus.*

ID quod non raro experientia com-  
perit habeō, nunc pro exemplo in  
mulierē quadam contingente, bona fi-  
de referam. Peperit mulier geminos,  
masculum & fœminā, alterum viuum,

alterum vero emortuum; inde mulier hæc male habere coepit, & continuò febriebat, & ingentem sanguinis fluorem patiebatur, adeo ut de eo constringe, medici valde solliciti essent. Ceterum quò magis constringentia darent, admouerentur, eò magis hæc mulier in sanguinis riuulos deueniebat, & ad obitum prope iam deuenirat, & domestici de funere iam curarent. porrò cùm in hoc infortunio & agone esset, ecce molam quandā, carneum scilicet frustulum prædū emisit, & illico libera, & sana facta fuit. Conatur autem natura, tatum malum in utero contentum, hoc est, molā expellere, vnde non cessat expultrix facultas, sanguinem transmittere, quoad scopum desideratum attingat, sed id alijs mulieribus abortientibus, & qui perpererunt, euenisce, non raro obseruatū habeo. ALPHARINVS. Quid tunc agendum suades ò Amate, cù sic in has enixas mulieres, à quibus tatus effluit sanguis inciderimus? cum apud Scopium unam vel alteram obiisse notau. AMATVS. Ego vero, tantum abest, vt constringentibus tunc utrā remediis, vt potius ad abortum facientia, & molas

CVRAT. MED. CENT. VII. 179  
molas euocantia medicamenta confugiam, tam per os cōcessa quam per inferiora immissa. hic etenim natura iuvari vult, qua per se sola cum propellere molam utero affixam non valet, adiuta tamē potest, & expellit, & opus conficit. Sic enim hoc modo sanguis reprimitur, & mulier liberatur; ex elaterio tanien pessus oblongus in uterum immissus, primatum hoc in loco tenet, vt ex fabina, & ciclamino petita remedia nunc subticeam.

*Curatio quinquagesima quinta, in qua agitur de pluritide costar nothas infestante, & quod ptisana manè, amygdalarum uero tremor in cœna propinari debet.*

D UCIARIUS, cognomento Prophe-tulus, iuuenis viginti annos natus, ad ultimā costam niendosam dextram valde dolebat, & difficulter respirabat, immo tanquam stipatus stabat, continuo febriebat, pulsū quidē præduro sed raro tussiebat, nihil screbarat, supra idem latus dextrū recte decumbebat, ad sinistrū vero decubitus nullus erat, grauiſſime namque cum ad latuſ sinistrū volui cupiebat, torqueba-

tur, indicium sane validum & potens, quod phlegmone interiorē membranam sepientem costas infestabat, ut ex Galeni doctrina saepe iis in curationibus inculcaui. Cæterū cum hic pleuritum ita patiebatur, illico ab excrescenis per balanum alui fæcibus, ex secta interna cubiti vena sanguinis vncias octo fluere duabus in peluiculis permisi, ex quibus prior sanguis corrupzione affectus erat, secundus vero ita putidus & corruptus erat, vt meram saniem diceres. ab hac vero sanguinis missione, melius habuit, & ea de causa, vesperi sanguinis missio repetita fuit, & ex eodem foramine totidem sanguinis vnciæ extractæ. Inde enim rectius habere cœpit, ut sequenti die ægyptiacæ cassiæ atramentū aqua hordei exceptum illi daremus, quo aliud optime respondit, ut intra septimum basilicè valuerit: ex topicis poriò remediis, perdicium, dicta herba muralis, minutim cisa, & oleo frixa, ac calida, dolenti loco illico in principio apposita fuit, inde enim vnguento pectorali apparato cinere brasice, ex Tralliani præcepto locus dolens mutitus fuit, per interiora vero penidias

ling

lingebat, & quandoque syrupum violaceum per interualla cochleari accipiebat. Cibus huic prisanae tremor manè erat, saccharo concinnatus, vesperi vero amygdalarum succus optimè apparatus, colatus tamen, cui aliquando roborandi vires gratia, panis assulas miscebamus, semper tamè saccharum, aut penidias adiungendo. Hoc eodem modo laborabat filius Iacobi, qui ad synagogam gratiæ habitabat, puer annos natus decem, qui ad mendosas costas punctorie dolebat, & reliqua ad pleuritum veram facientia patiebatur, cui & axillaris secta quoque vena fuit, & sanguis pro virium tenore extractus, à quo per nares sanguinis fluor multus fuit & inde nonnulla alia actitata sunt, & evasit. Porro vxor Baruchyelis, mulier iuuenis, ad mendosam costam ultimam dolebat, sed non punctorie: nec enim pulsum ferrinum, aut durum habebat, sed continuò febribrebat, & per interualla tussiebat, & nihil screabat, sed ad thoracis partem altâ dolebat, ex qua retractiones quasdam ad inferiora persentire conquerebatur; hæc reuera non pleuritum, sed iecinoris inflammationem patiebatur

tui breui occurrens ego, proposita optima victus ratione tenui, & secta iecoraria dextrae brachij vena, ac ex ea bis multo extracto sanguine, & supraposito iecori fantalino cerato, breui morbi furorem euasit; sed postea ad multos dies, modò dolendo, modò valendo, sanitatem obtinuit, non raro adiuta clysinis, veluti potu atramenti Aegyptiacæ cassiæ paucis enim remediiis morbi propulsantur, si modo dignoscuntur, proinde animum aduerte, & differentiam ex scholio, inter pleuritam, & iecinoris inflammationem habitam, deprehende.

## S C H O L I A.

Discernitur autem pleuritis ab inflammatione hepatis, primò dolore peculiari, quia pleuritis costas occupat, iecinoris vero inflammatio sub costas dextras infestat: item dolor pleuriticus punctuationem inducit, hepaticus vero distensionem: item iecore affecti, facie pallida sunt, pleuritici vero non: sed à pulsibus longe melius hoc discernimus. Pleuritici namque pulsus prædram habent, qui serræ modo tæta, etum secat: hepate vero affecti, talem non habent, sicut nec qui pulmone laborant, forte ob membrorum mollitatem, sed tussi diffrente hoc quoq; deprehenditur: pleuritici nam-

que vehementiori, tussi premuntur, & illico forte excreat, sed temporis processu pro humore peccante, alterius, & alterius coloris, ruber screatus sanguinem attestatur, flaus bilem, albus viscidus pituitam, atque melancholiam.

At iecore affecti, irritantur quidem ad tussim, sed nihil excreant. Sed aduerte, quod non hac de causa, quia forte non excreant, illico iecinoris inflammationem esse dijudicare debes, quia pleuritide effectus non raro offendimus, qui nihil quicquam excreant, precipue tribus in cassibus: primo quando, agri pleuritide labrant contumace, concoctaque difficult, & tales tunc in maximo sunt periculo. Secundo quando inflammatione costas mendaces, & notus larcinat, ut in dubius adolescentulus euensis percipiatis, sorte quia ita subsistit, ut nibil ad bracem pertingat. Tertio, quando inflammatione externa est, ne insueni ad synagogam Aragonensem habitanti euensis audistis: nihil enim hoc in casu quoque excretar, nisi humores externam inflammationem facientes, ita multi & præc. fuerint, ut internam quoque membranam dilacerent: Tunc vero agri purulenti, ac tæba absumpti moriuntur, ut huic quoque contigit. Ceterum de hac differentia alias me dixisse iis in Centuriis memini. Porro hoc te scire volo, quoties tibi in animo fuerit, iegrotanti, eodem die, p[re]fisa

*cremorem, & amygdalarum succum dare, tuis esse manè ptisanam efferre, resperni vero amygdalarum succum, iubente sic Alexandro Tralliano, ubi de rictu plenitidicorum agit, causam vero non difficilem querito, inter presertim non multum cogente.*

**Curatio quinquagesimæ sexta, in qua agitur de symptomate quodam cœnixæ superueniente.**

**P**rimipara mulier, puellā peperit, & illico ut cuenit, primo die abun-  
de purgata est, ex ea nanque sanguis  
multus profluxit, sequenti die, in uni-  
uersum exiccata est, & in ventre ita in-  
tense dolebat, ut suis clamoribus &  
gemitus ab studio me auerteret,  
perturbarétve, non longe autem à do-  
mo mea habitabat. ad eam igitur sic  
misere afflictam accitus, cum prædi-  
ctis eam quoque febrire inueni, qui-  
bus omnibus perpensis, ac examinatis,  
de inflammatione timetur, vnde ac-  
cersto chirurgo, ex pedis vena sex san-  
guinis vncias demere feci, & pessum  
crassiusculum oblongumve ex gos-  
silio apparatum, succo cucumeris asini-  
ni, elaterio dicto, illinitum delibutum  
ve, intra os vteri mittendum, per ob-

stetricem mandaui, simûlque vt ven-  
trem oleo lilio, anethino, & dulcium  
amygdalarum, mistis, inungeret, iis  
enim dolor quieuit breui: sanguinis  
nanque coagulati frustulū, pessi bene-  
ficio emisit, & ter ea nocte egessit. In au-  
tora ad eā de more inuisum accedens,  
recte valere inueni, intensius tamen  
febriebat, forte lactis causa sed, breui  
ex toto sanata est, & basilicè valet.

**Curatio quinquagesimæ septima, in qua agitur de muliere sterili, que ut fœcunda fieret, euaderetue, urti-  
ce semen magna quantitate come-  
dit, & inde uaria contraxit sym-  
ptomata, & recto intestino phle-  
gmonem.**

**M**Vlier infœcunda, ut prægnans  
ficeret, post multa & varia pipe-  
rata, & gingiberata ingestâ, vrtice mul-  
tum semen pluribus diebus comedit,  
à quibus grauia incurrit symptomata:  
nam & continuò febriebat, & inten-  
sissime circa anchas, & renes ac pecti-  
nis anteriorem partem dolebat, cum  
quibus valde sitiebat; vt intus se vri mi-  
seret & sepe repeteret: quę omnia comi-

tabantur assida, & difficilis egerendi cupiditas, adhuc auxerudines, contumaciam cruciatus, inquietudo, fastidium, oris amaricatum, pulsuum minutiones, & perungilium: ex quibus non difficile erat, hanc recto intestino inflammationem pati, argueri. Pro qua levanda inflammatione, symptomatisve grauibus, accitus si le illico non competet a pedis vena, iecorariam brachij dextri tundere curauit, & ex ea sanguinem pro virtutin tenore demere, dein vero post fotum locum, ex fomento anodynō vnguentum ex pinguedinibus, & succo cucurbitæ & portulacæ, ac althæ mucagine, apparatum supraponensbatur, cuius non exiguum portiunculam digitis intrâ anum mittebat. Post quæ, iniectis nonnullis lenibus clysinis refrigerandi vim habentibus, bona sua fortuna quinto die phlegmone aperta fuit, & ipsa ægrotans à tanto infortunio libera, ex qua puris albi ingerens quantitas per triduum effluxit, & per egestiones mittebatur: & iterum ex aqua mellis, clysinis, libera & pœz apparere coepit, quam tunc chyrurgana breui evasit. Porro victus huius integrum extraxit, merito namque parcus admodum erat, refrigerans prius rei omnes admirabantur assisten-  
facultatem habentes, veluti & potus ipse fes-  
sen

*Curatio quinquagesima octaua, in qua agitur de symptomatis grauissimis, ex acu quadam genu praefixa abortis.*

**M** Vlier iuuenis, cum multum se domi exercuerat, pro domesticis obeundis negotiis: ecce die sequenti, cum ex cubili surgeret, ita acriter, & saue circa genu doluit, vt se emortuam alta mente clamaret, ad quam accitus medicus, locum dolentem advertit, tangit, & considerat, sed nihil notatu dignum inuenit, præduriusculi tamen nescio quid particulam præ se ferre aiebat, qua de te, cōtra dosorem, anodynis remedii suprapositis, injudit, & sanguinem ex iecoraria brachij male affectum locum respiciens, abunde extraxit: tandem post triduum huius agonis & infortunij, non sine ipsis ægrotantis, & omnium assisterentium ingenti admiratione, acus spissam intus latitantis supraemam aitatis ex aqua mellis, clysinis, libera & pœz apparere coepit, quam tunc chyrurgana breui evasit. Porro victus huius integrum extraxit, merito namque parcus admodum erat, refrigerans prius rei omnes admirabantur assisten-  
facultatem habentes, veluti & potus ipse fes-  
sen

sentierat ægrotans , forte somno profundiori detenta . demum extracta acu, quæ directe , & profunde fæuierat , medicus conuulsionem timens , de loco aperiendo , dilatandō ve contendebat . Cæterum hæc eti renuit , remediis tam adiuta , sanata est , præcipue hoc uno cōstāte , euphorbio , resina , & pice .

## S C H O L I A .

*Sed quis precor , latitatem acum , eo in loco diceret , presertim cum puella eam pressig , profundiori somno oppressa , non persentiera , haud dubio , morborum cause sepe abdita & difficiles sunt , & habentur .*

*Curatio quinquagesima nona , in qua agitur de prostrato iacente , ob perdem cum cum tumore dolentem .*

**V**ir , qui ingenti cū dolore tumentem pedem habebat , vt eum mouere non esset possibile , ita querebatur , vt me ad se accersiri curaret , quem accitus , noto ad talum stigma vetera , ex antiquis , sed sanatis vlcibus , infixa habere , similique pedem flatum dolore cum ingenti , adeò utius ageretur mensis , ex quo prosequuntis missionē , cap . ii . & 15 . Secta nanus iacéret , neque moueretur : pro que vena , sanguis paucus extractus curando cum multa & varia acti sum erat , mox vulneri apposito digito ,

audio , in mentem subit , hunc breui sanitatem recepturum , si modo sylvestri in cruris parte , sub genu , ignito cautrio , fonticulus aperiretur , quo adaperto , & ichoribus fluentibus , intra quindecim dies , extra domum exiuit , & ex toto sanatus est , præfixa autem stigma ta erant . sylvestri quoque pedis parti : fonticulus tamen , longo tempore , sed ingenti cura adaptus , perseverauit .

*Curatio sexagesima , in qua agitur de quodam , cui sanguinis libræ quadraginta , intra sex diez , ex nari bus fluxere .*

**B**erdavid iuuenis cum ex Genica Thessaloniken veniret , in tantum sanguinis profluuium per nares deuenit , vt in itinere , & postea domi , intra sex dies , ex eis libræ quadraginta , fluixerint : pro quo sistendo cum varia , & sere infinita remedia tentata fuerint , nullum tamen contulit , quam cephalicam tundere , & sanguinem permittere longa per interualla fluere , iubente sic Galeno , lib . de curandi ratione per sanitius ageretur mensis , ex quo prosequuntis missionē , cap . ii . & 15 . Secta nanus iacéret , neque moueretur : pro que vena , sanguis paucus extractus curando cum multa & varia acti sum erat , mox vulneri apposito digito ,

& clausa vena ipsa ac pauculo interposito tempore, cum rursus fluere parum permittebamus. sic enim per horam, & plus agitantes, pro agitatis viribus, sanguinis ex naribus profluvium compescimus. GESNERVS. Quenam remedia primò exercita sunt, pro sanguine hoc competendo. AMATVS. Dicam Gesnere mi, ut qui omnium doctorum hodie magister sis, & me & plures alios decere possis; sed qua tua est humanitas, in re facilis, & tibi obvia, inquiris, & ita dignaris, respondeo. Post frictiones, ac iniecta femoribus articulata vincula, & cucurbitulas hypochondriis affixas, præcipue super iocundum: per dextram namque narem sanguis maxime fluebat: cucurbitulas quae scapulis se eti a cute affixa sunt, & frons aqua gelida frouebatur irrigabitur, vel linteolis frōs ipsa, & ceruia aceto imbutis, aut coronali cōmissuram & fronti epithemata ex succo plātaginis, poligoni, equiseti, bursae pastoris, & similiū herbarum frigidarū, admoufificarum cōstringentium, admodum dragorū, prout vrget necessitas, etiam bantur, & intra nares, linamentū adieclis granis opij paucis, & modico tortum, imbutum hoc medicamentum acero, mirus habetur: præsertim si de tantopere à Galeno lib. quinto mensa capiti imponatur. Sanguis qui de-

med. & alibi non raro laudato, inditur: habet autem medicamentum sic, Rec. Thurius drac. duas, aloes, draeh. vnam, in pollinem redigantur, & oui candido subigantur, quibus adde, pilis mollissimi leporis partem alteram, & misce: Galenus tamen quandoque pro liuamento contorto leporis mollissimis pilis intinctis, prædicto medicamento vittur. Gypsum quoque exceptumoui aquato, pauca cum caphura, multum præstare, aliás dixi: præsertim si vascula per frontem currentia fasciola primò constringantur, sed spongiola imbuta aceto acerrimo, & naribus immissa, multum prodest: filo tamen alligetur eam narium partem, per quā sanguis fluit, digito compressam: per horam habere. Sæpe inuisse notavi, gelidam testibus, linteolis exceptam & adnotatam, non raro prædicta, expertus sum. Pilus paratus ex terra figurina subacta posca, vel succo plantaginis, vel bursae pastoralis, vel caudæ equinæ, vel lactuca, vel papaveris, vel alterci, vel man- dragoræ, prout vrget necessitas, etiam adieclis granis opij paucis, & modico acero, mirus habetur: præsertim si de-

fluxit ex naribus ægroti, olla figulina exustus, & in pollinē redactus, immixtus gypso, bolo armeniaco, & similibus, ac candido oui exiguō cum aceto subactus, ut crassitudinem recipiat, inter cætera, multorum doctorum medicorum iudicio, primas obtinet, modo illi parū caphuræ iniiciatur, aut opij exiguum, pro vrgente necessitate: quo medicamento frons cum sincipite, & temporibus inungi debent, & per narēs etiā intromitti tale medicamētum poterit. Stercus asinīnum recens, vel exiccatum, & in puluerem redactum, per se, aut reliquis iunctum, & intra nares missum, sanguinem fistere, omnes fatentur. At rationalis medicus, cum vrget necessitas, interiorū membrorum curam maximam habere debet, præcipue iocinoris, aut lienis, qui ab iis visceribus non raro sanguinis profluum per nares, ortum habeat, qua de re foris epithemata refrigeratoria astrictoriaque applicanda sunt, & si ex dextra narium parte sanguis profluit, iecinori occurrentum est, si ex læua, lieni, sed per os ea quæ refilgerant, & astrigunt concedi debent, ut pastilli varij, de succino, de terra

leminia, de ramichio, de spedio, de santalis, de caphura, vel ex gummis varia composita, aut miri illi fluxui dicati, & à Mef. descripti pastilli, vel horum vice, conditum ex nymphæ paratum, præcipue ex radicibus cum saccharo, aut saccharum rosaceum, vel saccharū violaceum, aut electarium ex prunis paratum, simplex dictum, aut diacydoniten saccharo apparatum, aut rob myrtillorum, vel rob cydoneorum, aut syrupus myrtinus, rosaceus ex rosis siccis, de acetositate limonii, de oxalide, de succo agrestæ, de portulaca, de papauere, & similes, sed ore ægrotus oxycratum teneat, aut aquam quā sæpe immutet, aut destillatitiam portulacæ: noster vero ægrotus, post multa, & varia actitata, prædicta sanguinis missione sanus euasit.

## S C H O L I A.

*Fluxere ex naribus huius iuuenis, sanguinis libra 40. intra sex dies, in quibus comedebat, ex bibebat, & eius vires instaurabatur, unde mirari non est, si diem suum non obierit. tradit nanque Avicenna sen quinta libri tertij, capite nono, si sanguinis fluxus excesserit pondus 25. librarum, hominem superstitem fieri, non posse, id quod intelligi putarim, si san-*

guinis quantitas excedens libras 25. continuo  
ex simul emanaret, ad hanc non gustatis cibas  
ruris, aut rebus sanguinem gignentibus quo vi-  
res refici solent; sic autem reflectis viribus, plus  
res notauimus, ex ingenti sanguinis profluxo  
liberatos, cibantur autem tales rebus optimis  
ad generatibus succum: frigidis tamen stipticis  
que, aut lentostrassosque succos reddentibus.

**Curatio sexagesima prima**, in qua  
agitur de pleuritide affecto,  
qui malo quodam infortunio  
Philonis antidoto ingestio, diem  
succum obiit.

**V**ix ex Tribu Leui, pleuritide cum  
laboraret, eo tempore quo per  
sputum purgabatur, nescio quo malo  
infortunio, tres vel quatuor Philonis  
antidoti drachmas deglutiuit, à qui-  
bus ingestis, extincto calido innato, &  
eductioni contumaci redditio succo  
seuenti die suum diem obiit.

### S C H O L I A .

**A**lmirari licet Galeni divini dilec-  
tissimam doctrinam mirificam, ut qui in pleur-  
itide, lentium in rictu rsum, ut reprobum ob-

nociumve maxime detestetur, vituperetue, ab  
eisque fugiamus suadet, quia materiam per os  
purgandam constringant, densentue: &  
ita detestetur, ut dicat, si quis eo tempore  
quo per sputum purgatio fit, lentes pleuriti-  
de affecto concesserit, & sequenti die egrotus  
talis obicerit, hic qui lentes dedit medicus,  
mortis author dicatur, quia materiam per  
os purgandam lentibus constringerit, & den-  
sauerit, quod malum hodie non à lentibus,  
sed à philonio innatum calidum hebetante,  
extinguente, & materiam lentam, spis-  
famere, & eductioni contumacem reddente,  
euenisse notamus. Proinde, tali in casu, à  
lentibus non solum, sed à quibuscumque den-  
santibus constringentibus, & lentostrassos  
humores reddentibus, ut opiatu omnibus,  
fugendum esse, liquido euadit, ut ab  
eodem Galeno commentario primo, in libro  
de ratione rictus in morbis acutis emarratione  
27. & alibi docemur, reluti ab Alexandro  
Tralliano, cum de pleuritide agit. Careant  
igitur medici, ne deinceps pleuritide affectu,  
res constringendi, & densandi facultatem ha-  
bentes dent, inter quas etiam Alexandri  
predicte autoritate, poma granata reponen-  
da sunt, re vera tamen nemo mentis compos-  
similia similis in casu propinabit, ut fusiis meo  
in Dioscoride dixi.

*Curatio septuagesimasecunda, in qua agitur de pleuritide nō uera ab humorē pituitoso, membranam exteriorem costas succingente infestante, quæ postea in abscessum exteriores degenerauit.*

Vuenis, qui ad Aragonensium synagogam habitat, falsa, notha, & non vera dicta pleuritide laborabat, continuo febriebat, & tussiebat, sed nihil memoratu dignum excrebat, cum quibus thoracis exteriorem partem dolebat, dolore quidem extensiō, super quam partem difficilis illi erat decubitus. nota pro hac dignoscenda exactudine, ut aliás non raro memoria commendaui, præcipua. Cæterum hā medico curat, etiā melius habuit, nunquam tamen immunis à febriculā euasit, longo nanque tempore lēta quādam febricula correptus perseverauit ex qua in dies aliquali cum tussi fecerat, magis & magis emacescerat, adeo eum febri hectica laborasse, medicis non raro inculcaret, pro talique tractaret. Elapo porrò huius afflictiōis octauo mense, ecce exteriōi cōsum parte, ubi primū dolor erat,

mor apparere cœpit, pro quo exacte ad exteriora euocando, emplastris, & cataplasmatiſ attrahēdi, cōcoquēdi, & maturādi vim habētibus præfatus medicus vsus est, quibus intra duos menses, abscessum ad suppurationē traxit, quo in tempore, vocatus ego, contemplor habitum corporis huius satis extenuatum, aridūmue esse, pulsū verò imbecillem, quadam cum arteriæ scabritie siccitatēve, tumorem vero extra prominentem cædematosum, in quo pus latitare sensus tactus percipiebamus, profunde nanque pus continebatur, a pituita ortum habens, & ea de causa, tardiu morbus ad statum retardatus est. Accito igitur chirurgo, ignito ferro, decliviiori tumoris loco, ad apertū est, vnde puris albicatis aquosī sufficiens quantitas effluxit, & vlcus postea vt decet suit tractatum: nihilominus tamen ægrotus suum diem obiit: ita autē pus multum & acre, quod per vlcus mittebatur erat, vt interiorē succingentem costas membranā dilaceratam esse multi crederent. Annectenda autem curatio hæc erat cura rationi 67. tertię Centuriæ, in qua de simili agitur morbo, semel tantum ab

Auenzoare glorioſo, in tam longo vi-  
te curſu notato, viſōve, vt citato loco  
dixi, ſed & Alexander Trallianus hoc  
rarō euenire, cum de pleuritide agit,  
meminit.

## S C H O L I A .

*Admonendi chirurgi à me hoc in loco ſum,*  
*& cum phlegmonas & exituras ſimiles ap-*  
*riunt, latiori aperture adaperiant, quum inde*  
*bona multa ſequantur, veluti mala multa ex*  
*ſiſſura aperture parua, virium tamē robur*  
*ante omnia perpendatur.*

**Curatio ſexagesimæ tertia, in qua agi-**  
**tur de lumbrico, per oculi angulum**  
**magnum circa naſum, extra miſſo,**

**P**uella trima, quæ in Circulo Al-  
moslinorum agebat, cum omnium  
consensu recte valeret, & nihil mali  
ſentiret: ecce illi per oculi interiorem  
partem, quam angulum magnum ap-  
pellamus, lumbrici cuiusdā caput ap-  
parere cœpit, oculum ipsum non raro  
occupans, tui bānsve, ex qua re, anxia  
puellæ, forte affiſtentis mulieres ocu-  
lum aduerentes; vermem viderunt  
quem illico manu, admiratione inge-  
ti, longitudinis ſemipalmaris, colori  
albi, crassitudinis lineæ, præuiuum

**C V R A T . M E D . C E N T . V I I . 199**  
nulla noxa à puella percepta, aut foram-  
ine vlo euidente relicto, extraxerūt.  
eft certe caſus hic mirus, & dignus  
chartis dari. per nares vero lumbricos  
fluxos, non raro nos & alij varij vi-  
derunt.

**Curatio 64. in qua agitur de dracun-**  
**culo, in tibia nacto, quem Arabes**  
**uenam medenam appellant.**

**A**Ethiops maris præfectus ſeruuſ,  
iuuenis octodecim annorum, cū  
primum ex Memphi Ægypti celebri  
ciuitate, Thessalonicē aduectus eſſet,  
illico de cruris dolore conqueſtus eſt,  
in quo iuxta talum primo vlcus exci-  
tatu eſt, in quo venæ modo caput con-  
ſpiciebatur, quod aduerentes Turcæ,  
mo:bum cognouerunt, periculosimq;  
eſſe in Ægypto, & India, ac reliquis re-  
gionibus, quibus innascitur, significa-  
runt, quem Arabes, præcipue Auicen-  
na, uenam medenam, ſen tercia libri  
quarti, appellari tradit, veluti Abin-  
zoar, & ceteri huius doctrinæ homi-  
nes, quibus morbus hic ſatis cognitus  
& familiaris erat, pro cuius curatione  
acerſitus medicus Parahyas, lingue  
Arabicæ doctus, ita orſus eſt. Primo  
debitavictus ratione proposita, partem

extremam venæ, aut verius neruose  
cuiusdam substantiæ, subtili ligno al-  
ligauit, quam paulatim ligno trahebat  
rotabâtve, adeò vt ad eius vltimam  
partem hoc est, ad trium cubitorum  
longitudinem, post multos dies perue-  
nerit, vnde Aethiops à doloribus, &  
angustiis, morbove ipso, liberatus est  
nullo supraposito cataplasmate, cōco-  
quendi vim habente, aut calida super-  
fusione aliqua, quæ ex Sorano, & Leo-  
nide, Paulus vltimis verbis libri quar-  
ti, suæ medicinæ huic morbo auxilium  
tradit.

## S C H O L I A .

*Vena, an neruus, vel lumbricus, morbus hi-*  
*fit, in dubium vertut anthores. Ego vero ocu-*  
*latus testis, mulis auritis verior, testor morbi*  
*hunc tanquam lübricum confisi, album, sub-*  
*tilem, lîneæ contortæ modo qui ex se foras pro-*  
*dit, & pars extra missa cum arescit, eam ner-*  
*uum exiccatum quius dicet: qui si abrumpi*  
*contingat, intensos excitat dolores, & non le-*  
*wes anime angustias concitat. Nascitur autem*  
*morbis hic frequenter apud Aegyptios, Indos,*  
*& Arabas: sed pricipue apud Mediæ iuxta*  
*Persidem, vnde nomen vene medem traxit,*  
*quam Galenus dracunculum appellat, & nun-*  
*quam vidit, vt memorie commendauit, libro*

sexti

sexto de locis affectis. Euenit autem morbus  
hic forte vt in renibus pilis, à materia crassa  
lentaque, quam calor plus iusto calfecit, exic-  
cauitre, vnde medicamentis & remedis atrâ  
bilem respicientibus purgantibusve, morbus  
hic curari tractari ve debet, prout imperat A-  
vicenna, & ceteri Mauritani illi assentiuntur.  
*Curatio sexagesima quinta, in qua a-*  
*gitur de fele rabido, ex quo quinq;*  
*in eadē domo mortem traxerunt.*

**X** Vares Thessalonicensis mercator,  
& alij eius domestici quatuor,  
masculi & foeminae, eodem die à fele  
dentibus vnguibusve sunt commorsi,  
lanatiive, qui simul breui inde sequissi-  
mis symptomatis correpti, suum obie-  
re diem. Erat autem catus hic, non  
solum rabios, sed veneficus, & tabi-  
ficus, ex quo imperfecto, efficax, mirum  
que ad præsens subticendum, parari  
poterat venenum.

## S C H O L I A .

*Quum hæc tracto, memoria occurrit, epo-*  
*tophiu à me olim Rome sepulchro misse-*  
*randi cuiusdam Hispani affixum, sculptum re-*  
*visum, qui ex felis morbo obiit, & ita habet,*  
*Hoplos disce nouū mortis genus, improba*  
*Dū trahitur, digitū mordet, et intereo. (felis*

N 5

*Curatio sexagesima sexta, in qua agitur de clavo pedi infixo, ex quo opisthotonus, & tandem mors subsequuta est.*

**Q**um Salomon Bayena, vir obesus, annos natus 45. per viam incederet, incaute eius pedis planta clavus infixus est, ob quam puncturā domi septē dies mansit: octauo vero, quū iam recte se valere putaret, omnia consueta exercuit, & cum uxore coiuit, & vinum ebibit, & extra domum exiuit: inde enim reuersus, puncturam doluit, contemnendo dolorem, sed noctu grauiissimo symptome correptus fuit, opisthotono scilicet, claviculatos namque præclusosve dentes habebat, ut cunolis difficulter chirurgus aperiret, ad hæc, cum egereret, non recte plicabatur, sed fauces dolebat, maxillāsve, ut alter medicus hunc anginam pati putaret, cum quibus ad posteriora caput retractū erat, & mulū angustiabatur, sed nō febriebat, neque de crure aut pede quicquam dolebat, hic etiam clausis dentibus recte loquebatur, & omnia liquida illi oblata expedite bibebat, neque tumor foris aliquis illi

CVRAT. MED. CENT. VII. 203  
erat, vt iure toto cælo aberrare medicum illum, qui angina laborare agrotum hunc contendebat, dicendum sit, ceterū, cognito morbo, & iussis nonnullis in scholio dīcendis, illico clystres parati sunt, & partes dolentes oleo vulpino, liliaceo, & chamælinio inunctæ, sotave, & sequenti die à concessa pharmaco, optime egessit, & ex se dentes melius aperiebat, vesperi vero, saltus in corpore per interualla persentire aiebat, quibus non quiescebat, sed hinc inde errabat, demum sequenti die obiit, veluti homo alter, à clavo quoque pedis plantæ infixo, cui vulnus indiscrete breui clausum fuit.

### SCHOLIA.

*Ad puncturam cauterium indendum insimus, sed agrotus contempsit, veluti absentes, ceterū quos saltus persentire aiebat agrotus, eos nervorum conuulsiones retraktiones esse, nemini dubium puto, consolij nangue ratione, ncruis lesi, malèvæ affecti fuere, unde Arabes, & eorum affecte morbum hunc spasmum, non de inanitione, non de repletione, sed magis de re non proportionata ad materiam, appellatæ consueverunt, vt alias prolixius hac commentatio sumat.*

*Curatio sexagesima septima, in qua agitur de tumore ingentis magnitudinis, genu articulo adgnato.*

**F**ilius Benuenisti pharmacopolæ, infelix iuuenis, annos natus vinti temperatura pituitosus, cum fallo subluxatum crus ad genu habere putaret, & in eo doleret, nonnulla topica remedia, veluti ex cumino, & hircino seu, admouere coepit, à quibus genu magis doluit, & tumefieri coepit, adeo ut intra paucos menses ad genu crus ingentis gigantei capit is instar creuerit: erat autem tumor magnus, lucidus, prædurus, sæpe dolens, præcipue, quando meridionalis ventus expirabat, in quo venæ perspicuae apparebant: pro quo curando, cùm multa & varia applicita essent, sed frustra, remedia, ecce elapsio octauo mense, medicorum, & chirurgorum consensu, à præfigio habitu, quod breui moriturus esset, quatuor vel quinque prædicto tumori infixa sunt ferramenta candardia: alterum superiori in parte, alterum verò decliviori, duo vel tria alia, lateribus, & ipsius medio, à quibus nihil quicquā puris, sed sanguinis potius

tius exiuit: id quod omnes ita futurum prædixerunt, quia tumor fere in cancrum iam abierat. Si etiamen cauteria præmiserat, id in causa fuit, ut tanta tumoris moles respiraret. Demum octauo die, post inficta cauteria, fluxu sanguinis mole stante, hic diem suum obiit, non sine amicorum dolore. Hoc eodem tempore nepos Raphaëlis simili morbo laborabat, qui perinde extenuatus, & diris cruciatibus exolutus, supraueniente fluxu ventris, diem suum obiit, erat autem iuuenis hic, ætate & temperatura prædicto similis,

*Curatio sexagesima octava, in qua agitur de cephalalgia.*

**H**abitu, qui Lutheri dogma profitebatur, cephalalgia afflatabatur, & nō febriebat, cæterum ab exonerata per clysteres alio, eius capiti sequens applicitum fuit remedium, & recte habuit. R. maioranæ, origani, pullegij, absynthij, thuris, mastichis, semi-nis melanthij añ. partes æquales: omnia in puluerem redigantur, & triticeæ farinæ misceantur, & multa aqua exceptiantur, & fiat pulmentum, quod postea in frixorio referto oleo antiquo,

quo, ad ignem frigatur, eo modo quo bellaria Galenus parare iubet, libris de Alimentorum facult. & Asiatici, vt ipse ait, *riyavita* ea vocare solent: hoc nanque remedium sic apparatus, & calidum capiti applicitum toto, tanti valoris & iuuamenti fuit, vt vir hic breui recte habuerit.

*Curatio sexagesimanona, in qua agitur de ictero morbo, ab humore melancholico ortum habente.*

**A** Brahamus Ezra, qui ex Bidinio oppido, quod præterlabitur Danubius fluuius, prope Vualachia Flaciam distam, ad nos venit, vir temperata biliosus, & ætatis suæ quadraginta annorū, is ictero ater, raro menire solito, laborabat, solet autem morbus is euenire, si modo euenit, ob meatus siue canaliculi, qui ex iocinore in liene deriuatur, obstructionem, coarctato, abstrusōve meatu illo, impurus ac melæcholicus sanguis in vniuersum distribuitur corpus, vnde ater icterus, faciem fœdans, & vniuersum corpus nigrum, & obscurum reddens, subsultat. Solet quoque morbus is accidere nō solū ob attracticis quæ est

in

in liene facultatis imbecillitatem, sed etiam ob eius alteratricis, siue concoetricis virtutis impotentiam: vt enim alias dixi, lien atrum & fœculentū humorē, vt eo nutriatur, ad se trahit: ceterum cum viscus hoc rarū & spongiosum sit, raro & subtili sanguine nutriatur oportet, non vero crasso & turbido, ac fœculento; beneficio namque arteriarum & ipsius lienis vasculorū, vt Galenus libris de vsu part. dixit, crassus ille humor, subtilis euadit, adeo vt lien subtiliori sanguine, quam iecur nutriatur, & re vera, lien sanguine subtili sed nigro ali solet, iecur vero crasso sed rubro, pulmones vero, subtilissimo, flavo, & recte laborato. Quum igitur lienis alteratrix facultas non ita munus suū conficit, crassus & vitiosus humor ille regurgitat, & per vniuersum corpus distribuitur, & fœdationem ictericam nigram gignit: in hoc tamen ægrotante canaliculus siue meatus, qui ex iocinore in liene propagatur, & per eum ater succus per meare solet, obstructus erat, id quod attestabatur manifesta ad tactum dities, & ipsius ægrotatis passio, & eius insuetus mæror, tristitia, & alui constricti

strictio, & lotium turbatum, quandam præ se ferens nigredinem: item quod non recte appetebat, & difficulter spirabat, quæ omnia comitabatur faciei ater color, illi nō naturalis: indicium, quod ater ille humor vna cum sanguine ad cutē delatus est. Curaturus igitur probum hunc virum & abnegatis omnibus atrum & malum. succum gignentibus, veluti cæteris variis: optimo proposito victu extenuandi facultatem habente, sic exordium coepi, R. pulpæ cassiaz recens extractæ, vnciam mediam, electarij lenitiui, hoc est, diafene lenientis drach. vj. pulueris anisi drach. mediæ: misceto, & puluere glycyrrhizæ obuoluito, & bolum parato; & ægroto ante prandium horas duas propinato. Dein verò apozema paratum est, bilem atram respiciens, & meatus deobstruens, & ammoniacū aceto dissolutorum visceri applicabatur, cui postea multa & varia mista sunt, vt succus cucumeris asinint, succus ciclaminis, succus lētus radicis althææ, seminis lini, fœnugræci, puluis thamarisci, nucis vnguentariæ, iridis illyricæ, aplenij, corticum radicis capparorum & adiectis oleis capparorum, liliaceo

irino, cera, bdellio, & galbano, ac pinguedinibus, medullis & adipibus variis vnguentum mirum parabatur, quo diu usus est, & hoc in casu multū valet. At morbi successu, lienaris siue splenistica dicta vena intra anularē & minimū digitū obrepens, secta fuit, & sanguis pro ratione extractus, & indies melius habebat: hoc uno ante oculos habitu, quod hic natura biliosus, & nigelli coloris erat, paratus in febrim, vel defacili labi, qua de causa, medicamenta lenia illi dabamus, immo per interualla saccharū borraginaceū illi concedebamus, demū acreidine humoris egesti, hæmorrhoides apertæ sunt, ex quibus sanguis paucus fluxit. Cæterum vt ab earū dolore liber maneret, veluti à morbo ipso, hirudines duas illis admouendas curauimus, quæ secundæ eo à me edocto modo, multū sanguinis suxerunt, & sic à dolore, veluti ab ictero ipso, intra duos menses sanatus est, in quibus non raro, nostro consilio, dulcis aquæ balneo utebatur.

*Curatio septuagesima, in qua agitur de pleuritide, dupli ci cum tertiana, quam utero gerēs mulier, passa est.*

**V**XOR nobilis viri Guedelliæ Y-  
hiæ, mulier optima prædita tem-  
peratura, annos nata quatuor supra  
triginta, quum vtero gereret, sexto  
sux gestationis mense, pleuritide cor-  
repta fuit sœua, occupabat nanque su-  
periores costas dolor, qui ad clavicu-  
lam ascendebat, continuo nanque ser-  
rino pulsū febribat, qua cū febri con-  
tinua, tertiana etiam dupla afflataba-  
tur, difficulter respirabat, & valenter  
tussiebat, tussi quidem humidæ excre-  
bat autem cruentum parum, multo  
cum albido. Cœpit autem morbus hic  
die Lunæ mensis Aprilis, vesperi. Ad  
quam accitus ego, die Mercurij vespe-  
ri, & omnia considerans ac iuste per-  
pendens, veluti per mulieres actitata  
(saccum nanque ex furfuribus, sale  
admixto, dolenti loco admonauerant, &  
syrupum violaceum per interualla illi-  
dabant) illico venam ex axillari dextra  
respiciente dolorem secare feci, & fan-  
guinem ad vincias sex extrahere, qui  
sane sanguis ingentem præ se ferebat  
corruptionem, præsertim secunda pel-  
uicula collectus: vnde ea nocte; ab in-  
iecto clysteris, faecibus excretis, ite-  
rum ex eodem foramine, sanguinis

missionem repertæ deliberauerā, cœ-  
terum, cum assistentes in crastinum  
opus reiicerent, adquieuiimus. Se-  
quēti igitur die extractus fuit sanguis,  
prout decreueramus, pondere septem  
vnciarū, & tūc rectius habere visā est.  
At sequenti nocte Luna Soli cū oppo-  
neretur, anxie tulit, & paroxysmorum  
ingens fuit confusio, adeo ut die Ve-  
neris, & Sabbati, manna aluum laxan-  
tem, quam illi bibēdam dare decreue-  
ramus, nunquā potuerimus. Erat nan-  
que tunc lotium crassum, rubrum, &  
apprime turbidum, sed ægrotans libe-  
ralius respirabat, & dolor non ita sœue  
cruciabat, indicia sane optima, & ma-  
xima, vnde sequēti nocte, ea hora, qua  
paroxysmus inuadere solebat, non in-  
uasit, immo quieta mansit, & dulces  
somni totam noctē eam tenuerunt, ob  
quæ, in aurora non ita ut antea ange-  
batur, sed & paroxysmus, qui quarta  
diei hora, & affligere solebat, non ve-  
nit: cū iis tamē febris continua insta-  
bat, & tūc aliud ut antea clysteri ex a-  
tramento cassiæ Aegyptiacæ exonerata  
fuit, & ius pullæ mistū ptisanæ sorbe-  
bat, & syrupum violaceum mistū aquæ  
hordei per interualla pitissabat. nā per

se solū syrum, in bilem verti in ventriculo, ipsa non absque ratione firmabat: demum septimo die, ea hora, in qua paroxysmus eam inuadere solebat, hoc est, quarta diei hora, sudore copiosissimo vniuersum eius irrigari cœpit corpus, quem per quatuor tulit horas, à quo libera, & immunis ex dolore & febri euasit.

## S C H O L I A.

Vesperi septimi diei, post habitam crism exactam, & completam, quum ita iam recte valeret mulier hac, & propositum illi esset ab assistentibus, de cœna, Medicus collega meus assistens, betam coctam oxelæo, micasalis adiecta, edendam proposuit. ea nanque ex aluum laxari, & multa sequi bona, quū optimi ipsa esset succi, contendebat. Ego vero superueniens, betam non perinde mihi arridere, sed eius loco, ius nulla dandum esse, libere pronunciaui, & eo magis, quia ~~Hippocrates~~ Hippocrates, libris de Ratione rictus, in morb. acutis, iubet biduum post crism, ut antea cibentur agrotantes, ut latius hac in Centuria explano. At mulieres cum betam iam coxisserint, & agrotans eam petisserint, illi prius quam cetera edendam eam obtulerint, sed quo successu,

and

audite. ea nocte illico nobilis hec mulier in febris ventris cum dolore recedit, & bis egest, & in aurora iterū illi aliud mota est, & humorem viridem quedam excreuit: quæ omnia ex beta euenisce, mihi dubium non erat. agrotantis nang, huius ventriculus imbecillus erat, ut cetera quoq; membra esse quisque doctus, & qui artis praxim exercet, nouit. Vnde non admodum creditu difficile erat, betam in huius ventriculo genitaram bilem, precipue prasinam & viridem, ut ex dogmati Galeni elicitor, libro 2. de temp. cum dicat, Quibus in ventriculo bilis illa gignitur, que porri color imitatur, debet omnino his cibis fuisse non panis, non suilla caro, simileme aliquid, sed necessariò aliquid quod his calidius fuit, neque id boni succi. Sed quid id sit, tametsi Galenus hoc in libro subtileat, libro tamen 2. predictio- num, enarratione 39. literis mandauit, quum predicta bilis porracea generationem insuefit, & ita inquit, Constat ut hec se penume- ro in ventriculo gignatur, propter quorundam cruditatem esculentorum, aut olerum, qualia, beta, cœpa, brasica, & similia sunt. ex quibus verbis satis constat, bilem porri virorem refe- rentem, ex beta, siculo olero dicta, potissimum gigni, precipue in huius agrotantis ventriculo imbecilli facto. Iis adde quod Galenus libro 2. de facul, natur. eo loco, ubi Erasistra-

tum confusat, credentem considerationem generationis humoris nihil ad medicinam pertinere, ait, betam, bilem mulam continere, ob que forte libro Artis curative ad Glauconianae exquisite curacione, inter atriplices blitum, et lapathum, betam non meminist, neque eam auctus est admittere. Habet nanque beta, ut ipse Gal. tradit libro de facult. simpl. med. multum facultatis nitroso; ob quam, Simon Sethi, calidam et sicciam tertio ordine betam esse, astrarere non est veritus. Auicenna vero dissimilium partium cum Hippocrate libro 2. de dieta, eam facit. At Oribasius, ne tantus error in eius operibus Latinis, per doctissimum Rasarium medicum factis, deinceps legatur, betam calidam dicit, et eius succum inter acria et bene calida, que per naras educunt medicamenta, enumerat, unde satis percipitur, quanta inaduententia, libro 2. sui compendij, capite octavo, in quo, que secundi sunt ordinis refrigerantium, recessentur, pro blito, beta legatur. et quod ita sit, patet ex capite 21. libro 14. suorum collectaneorum, ubi idem caput repetit, et res que refrigerant 2. ordine describit, inter quas, blitum-connumerat, et non betam. Sed ne quis me de mendacio accuset, audi, Oribasius capite octavo, citati voluminis compendij, quemque secundi sunt ordinis refrigerantium descr

CVRAT. MED. CENT. VII. 215  
 describat, ita progreditur, *Acacia lata*, *plantago*, *beta*, *galla immatura*, et cetera. Que verba predicta a nobis 14. libro suorum collectaneorum, ipse describens, ita ait, *Acacia lata*, *plantago*, *euisque fructus*, *blitum*, *galla immatura*, et cetera. ut liquido euadat probito descripto in hoc loco, falso beta in compendio annumerata sit, quom beta apud graues hos viros, calida sit. Sed non deerit forte ex iis qui indiscrete quoque in morbo, circunque egrotanti betam porrigunt, aliqui qui insieme debacchetur, dicens, nostra hucusque dicta, vana et cassa esse, cum Galenus dicat, betam coctam nitrositatem omnem exhibere, id quod nos fatemur quoque: corpus nanque beta in coctura nitrositatem omnem ita amittit, ut super phlegmonas, vel Galeno teste, iuste ponit posset. At licet beta in coctura nitrosam facultatem amiserit, non propterea eius ius ab ea spoliatum manet, immo eam retinere omnes facili debent, quom noscant, ea medicante apprime solvere. Non est igitur, ut rem concludamus, danda beta, ubi febris bolliosa riget, veluti neq; ubi de facilis in bilens prassim verti possit, ubi tamē iocinoris aut lie ni obstrunctiones riget, beta summopere codicet, precipue eius insulū, aut succu: (ita enim Hip. li. 2. de dieta ait) beta succus quidē aliū mouet, ipsum autem olus comedum sifit, hinc

enim Paulus lib. 1. sue medicine, cap. 4. dixit,  
Beta vi abstensoria ventrem subducit, eoque  
stomachum largius comepta erodit, iecorū, be-  
nisque meatus aperit. Nam rbi morbus va-  
ris constat humore, hoc est, pitiuita & bile, ut  
tertiana non exquisita, hemitrichius, ac hu-  
iusmodi alijs, in quibus pricipue meatus sunt  
obstructi, & agri forte effrenati, multa appe-  
lentes, tunc beta libere comedenda est, pauca  
tamen qualitate, quia ventriculo obest, parum  
nanque nutrit, & medicea est, ut Avicenna  
fen. 4. libri primi, ex Galeno lib. 8. Methodi  
medendi, cap. 2. dixit. Est nanque beta ex ge-  
nere alimenti, quod cum multum quantitate  
sit, parum tamen nutrit, ut cetera sunt olera,  
& fructus, pricipue subcanicularis dicti, de  
quibus <sup>Hypocrita</sup> ~~non faciat~~ lib. 6. de vulgar. morb.

parte quinta, aphor. 21. loquuntur est, cum di-  
xit, Cibi imbecilliores breuem vitam habent.  
Id quod eius diligenter fidi simus re enar-  
rator Gal. interpretatur, subdens; Imbecilli  
cibus non alius intelligi potest, nisi parum ab-  
menti corpori tribuat. Istius modi sunt olera,  
& fructus plurimi, hi nanque (ait ipse) bre-  
uem vitam habent, hoc est, ea natura sunt, n*on*  
ipsis vescentes breuis vita reddant, quum ce-  
terrime vacuentur e corpore. Ceterum Gale-  
nus citato à nobis libro, Meth. med. octavo,  
cum cibaria convenientia picrocholis describat;

& in forte ephemera correptis, olera omnia  
abdicat, quia exiguum quod optimi sit succi  
in se contineant, multum vero quod inutile:  
& ut haec ipsis interdicit, ita ea quoque que  
multum nutrire solent, ut panem purum, oua  
recentia, carnes, & aliam, & medium quad-  
dam inter haec, concedit, hoc est, prisana, quam  
farris cremoni lib. 4. de sanitate tuenda, simi-  
lem facere videtur: & merito sane, cum Gre-  
cie etiam hodie farra ex hordeo parantur. Ut  
receptus igitur canamus, beta non ita passim,  
& sepe, ut multi faciunt, agrotis elargientia  
est, quem multum bilis in se contineat, & praef-  
sinam bilem in ventriculo gignat, cui etiam  
largius ac liberalius comepta auersatur. Tha-  
deus Florentinus inauratus in ille, tantum  
beta tribuebat, & tam frequenter eam agro-  
ti suis dabat, & in rbi frequenti habebat, ut  
non veritus sit betam, siue (ut ille) siclam, à  
Galenis enarratione 39. supra à nobis citata, è  
lib. 2. presagiorum eliminare. Sed quām cor-  
date, verecundor mugire, præfertim contra ho-  
minem, qui non solum quinquagenos nūmmos  
aneros pro mercede singulis diebus accipiebat,  
sed centenos à Pontifice Romano, aliquando  
extorsit. Cetera vero de beta, varia & multa  
consuldo prætereo, predictis contentus, ut que  
instituto nostro tatum deseruant. Dicitur ta-  
mē beta, ut supra memini, Siculum olus, quia

prospere in Sicilia nascatur. Mea tamen sententia, nullibi hodie beta procerius crescit, quam apud Memphis Aegyptiorum populusissimam civitatem, ut eam orbis compedium multi non veriti sint appellare.

**Curatio septuagesima prima, in qua agitur de ingestâ carica uenenata, et symptomatis inde obortis.**

Vuenis Germanus, secunda mensa caricas cum comederet, forte in carum vna intensissimum amarorem, aut ut ipse aiebat, mortem ipsam, persensit, qua de causa, ex ore illico eam reicit. Cæterum, hic paulo post, à cholera morbo correptus fuit: supra nāq; & infra, omnia tā tūc comesta, quām varia alia euomuit, & egessit, sed quo angore, quāve corporis turbatiōe, & animi angustiis, vos ipsi putate. At ille cū illico ei multa & varia remedia fuisset exhibita, rectius habuit: vnde contempto morbo, balneum intravit, ex quo primò male sensit, & vniuersum eū os viceribus fecidissimis coinquinatum fuit. Ad quem accersitus ego, veneno male affectū hunc comporio, sed quoniam, anceps eram: testabantur namque mulieres, caricæ illius alteram partem,

tem, quam ē manu reiecerat, nigerimam videti, & vt ego puto, ab aliquo animalculo venenoso infectam. fieri nāque poterat, intra caricam, viperam venenum suum ex ore eiaculaſſe, aut araneam, aut phalangium, aut animalculum aliquod, huiuscmodi in eadem nidiſcasſe. Sed vt cunque res habeat, ex uenenata carica Germanus hic infectus fuit, sed qua sequitur, quōve lacin natu, audistis: præsertim, quod adnotandum duximus, à prandio, qua in hora, raro infici solet veneno corpus, & non nisi ingenti de causa corripitur, & superatur. Nostis enim circulatores, & nuguendulos, theriacas suas in foris, & plateis publice venditantes, præmunitis eorum stomachis oleo, rebus lubricantibus, & pinguibus ac oleosis, coram omnibus, arsenicum & alia toxica ingerere, deuorarē, quæ postea clam euocato vomitu faciliter remittunt, & absque noxa vlla incolumes manent. Hic igitur, vt paucis rem concludam, eius recollectis viribus, iure malūx, & lacte ex decocto caricarum, ac butyro sāpe eibito, sanus eusabit: porrò oris vlcerationes ex vnguento aegyptiaco, & alumine vulgari, prout solent

solent tractari per difficultes aphthæ curare sunt. Nam & clysteres huic iecti sunt, ex lacte & rebus vntuosis, veluti ex cassia Aegyptiaca, quibus omnibus, intraviginti dies sanatus est.

## S C H O L I A .

*Non igitur deinceps integras in buccam mittito caricas, sed eas per medium primò frēato, ut maiores nostri, hos & similes eventus timentes, non insulse commendarunt: appellamus aurem caricas, fucus aridas.*

**Curatio septuagesimæ secunda, in qua agitur de febre interficiente.**

**V**ixit 60. annos natus febri laborabat continua, ad quam vocatum ego, eum male habere deprehendi. Nam pulsus intermittentem hic habebat singulis nāque quinque pulsationibus arteria stabat: sed hoc forte non ita ingerens malum erat, præsertim in homine sene, ut alias diximus, nisi secundum hoc coniunctum haberet: à longinquā nāque hic multum foetebat, corporis ingentem corruptionem putrefactio nemve p̄r se ferens nota. Vnde indiū vixit, sed à præsagio habitō, imbibiduum diem suum obiit.

S C H

## S C H O L I A .

*Negrantis fætor, siue teter & horrendus odor, non contemnda nota est pro præsagio habendo de ipsis propinquo obitu, præsertim scintillante peste, ut cum hæc eueneret, Thessalonica vagabatur. Per contagium autem fera hæc bestia intravit, calo temperato stante: contigere autem hæc paucos dies, post Vergiliariū, siue Pleiadum ortum, anni 1559. Curatio septuagesimæ tertia, in qua agitur de V itilagine leuce dicta, quæ Arabis, Alboras vocatur.*

**C**Hiocler iuuenis natus annos tres supra viginti, quum recte valeat, & corporis sui functiones omnes exacte exerceat, eius tamen thoracem albidis quibusdam maculis vitiatiū habet, id quod ægre fert, præsertim cum ab aliis acceperit cutis hoc vitium si contingat veterascere, in peius labi, & nullam postea recipere curationē. Cuius curam suscipiens ego, noto cutis hoc vitium, alterā vitiliginis speciem esse, quam λινὴ Græci appellata solent, quæ etsi coloris ad albidiū mutatione sit, non tamen cutis tantum, sed etiam carnis subsistentis affectio est, vnde in iis albidis notis, pili cani, & lanu

lanugini cuidam similes oriri solent, prout in iuuene isto cernuntur, solet nanque mala hæc affectio oriri ob facultatis assimilatricis errorem, vt latius in scholio dicemus: quæ an curationem admittat, nec ne, ita primò ex perior: digitis compressa leuce, ac acu puncta leuiter cute, si sanguis fluit, salutis spes est, si vero lactea humiditas, medicinæ locus non est. In hoc vero iuuene, sanguis comparuit, vnde sanguinum futurum prædicti: id quod paucis medicamentis remediisve exiguis, intra hreue tempus obtinuimus. Proposita nanque victus ratione extenuandi & incidendi facultatem habente, phæmacum leue pituitam respiciens, primò illi obtulimus, postea vero apozemata ex hyssopo, origano, pulegio, stachade, calametho, & semine scniculi, apij, anisi, & similibus glutinosos & crassos humores attenuantibus & incidentibus, composita bibenda dedimus, quibus postea elapsis octo diebus, ac repurgato corpore, per catapotia prædictos humores purgantia, polypodium, & cnicum siue carthamum & chamædriam, & chamæpithim, & valentiora medicamenta apozematis ad

CVRAT. MED. CENT. VII. 223  
iécimus. Tunc vero corpore exacte mundo facto, ad topica remedia nos diuertimus, quæ etsi varia & potentissima vt pote cutem exulcerantia authores describant: ego tamen iis paucis opus confeci, & ægrotus intra mens firmata valetudine vñsus est. Primò viridi ficus folio locus male affectus optime strictus, ex aceto acerrimo in quo capparum, & draguntij recentes radices inferbuerant, souebatur, qui rubicundus admodum euadebat, vt ægrotus ipse non raro contorquenter, nec vñquam tamen particula aliqua exulcerata fuit, sed vt vesicationes fugeremus, aliquando uno vel altero die, remediorum applicationem interponebamus, quibus facillimis vñti compotes fuimus, neque calce, aut cantharidibus, aut ex eis concocto vnguento, veluti neque aliis variis exulcerandi vim habentibus, vñsi sumus: quibus medici vitium hoc curaneum curare promittunt, non aduerentes hominem curare, non vero excoriatum bubulum tergus.

## S C H O L I A.

Vitiligo, cutis est vñsum, cuius duæ habentur species, quarum altera lense, id est, alba

vitiligo dicitur, & vera, aliud nihil est, quām quedam coloris in candidiorem mutationem, que non solum cutem sed carnem etiam viciat, unde in capillis albi & lanugini similes enascuntur. Dicitur autem morbus hic Arabice Alboras. Secunda autem species Alphos appellatur, Arabis vero Morpheus, que & duplex habetur, alba & nigra, cutis scilicet rituum, carnem non insufficiens: unde in hac neque pilis albi lanugini similes, neque lactea humiditas rnyquam cernitur: ut in universum duxerimus, hec facilius curatu leuce est. Adverte tamen, quod in alphis, sive morphae, squamule quādam cutis infixa apparent, que ipsam subasperam cutem reddunt, non continuam, sed quasi guttis quibusdam dispersis, affectam, alba, à pustula nigra vero ab atra bile, ortum habet. Ceterum leuce, ut Galeno placet libro tertio de sympathia causis, cap. 5. à viscido, glutinoso: sanguine fit, à quo generationis modo, alphi non decedunt, lessius tamen alphi afficiunt, & causam quia leuiorem habent, cutis superficiem tātum occupant, in quibus velutis & leuce, saeultas assimilatrix errat, quemadmodum in anafera hydropis quādam specie, agglutinatrix quoq; adhaerens dicta, ut huius rei testū est Gal. li. 1. de facultate. ut autē nutritio sua vera, primo apponatur nutrimentū particule oportet,

oportet, deinde agglutinetur. Sine adhaescere, tertio tandem ex ultimo, assimileetur opus est. Curatio 74. in qua agitur de erysipelite phlegmonoso nares occupante, & de alio puro digitū infestante.

**H**uius frater iuuenis natus annos Vigintiquinque, téperatura sanguineus, erysipelate phlegmonoso nares occupante laborabat, parum febribat, sed ingēti rubore, nares, oculi, & genae ipsæ tumebat, ut inflammatio erysipelati coniuncta potius dicimereatur, quām erysipelatis phlegmonosum: pro qua curāda, parca propoſita victus ratione, refrigerādi viñ habente, illico ab excretis per clysterem ex alio fecibus, sanguinis libram integrum ex brachii humeria vena demandam curauimus, & foco affecto succos plantaginis, solani, & settiperuui exiguo rosaceo aceto expressos, ac linteolis exceptos, admouere: admonendo tamen, ne linteola exsiccaris permittratur, sed sepe imbuta succis, ac intincta applicetur; vesperi vero cum perinde haberet, & tumescendo levam partem potius occupare videretur, ex diuina humeraria aqua sanguinis

portio extracta est, tūc vero eodē per-  
seuerante topico remedio, & ebibitis  
syrupis, rosaceo, violaceo, mixtis inty-  
bi & portulacæ destillaticiis, per cata-  
potia bilem eduentia, purgatus est, &  
recte valuit. Nec enim opus fuit, refri-  
gerantibus postea discutientia misce-  
re remedia. Illeachus vero Ezra, huius  
cognatus, natione Germanus, eodem  
erysipelate phlegmonide nares occu-  
pante correptus fuit, qui simili modo  
curatus fuit, & postea clausa fuit cura-  
tio, aqua surfurum, qua locus Iesus  
fouebatur, & pauculo vnguento rola-  
ceo inungebatur. simili modo sanatus  
est iuuenis Calaber, qui & ipse in nail-  
bus erysipelas inflammationis parti-  
ceps passus tunc est, ut verum Auicen-  
nam dixisse noscamus cum dixerit,  
erysipelas s̄pē nāres infestare. Porro  
Cadaneta vir biliosus natura, in digi-  
to manus medio, purū erysipelas, (ipi-  
nam vocat Auicenna) habebat, qui cu-  
ia clapsō vigesimo die ad me veniret,  
illlico scarificato digito, duæ sanguisu-  
gæ applicitæ sunt, multum sanguinis  
extrahentes, inferiori autem partæ se-  
cta erant, postea vero emplastro ex-  
duabus farinæ hordei partibus, & alte-

CYRAT. MED. C. E. N. T. VII. 227  
ra chainemeli composito, supra addi-  
to brevi fuit sanus.

## S C H O L I A.

Erysipelas phlegmonosum, siue phlegmon  
particeps erysipelatus, si contigerit laxas par-  
tes, hoc est, adenæ infestare, Galeno authore,  
libro 2. artu curat. ad Glauc. phygeton par-  
ticulari nomine appellabitur, ita enim ille cap.  
primo predicti libri ait. Sunt enim bubon,  
phyma, atque phygeton, partium laxarum  
(quas adenæ vocant) passiones, bubon quidē  
inflammatio, phyma autem quod statim au-  
getur, atque ad suppurationem festinat, phyge-  
ton autem est id quod erysipelas particeps in-  
flammationis, aut inflammatio erysipelatis  
nominatur. Ceterum purum erysipelatum ca-  
ravimus tractauimus re, quia vigesimus age-  
batur iam ab eius ortu dies, item quia in digi-  
to, hoc est, extrema manus parte, quibus adde,  
membris nonnullam liquidatem.

*Curatio septagesima quinta, in qua  
agitur de febre octauana, longum  
tempus perdurante.*

A Thias adolescens, temperatura  
sanguinens, inchoante hyeme, fe-  
bri correptus est octauana, que ad me-  
dium veris usque perdurauit, non qui-  
dem obscuris, aut absconditis, paro-

228 AMATI LVSITANI  
xysmis, sed euidentibus, & satis mani-  
festis circuitibus; singulis namq; octo  
diebus adolescens hic horret, horrore  
quidem horam perdurante vnam, ex-  
inde subsequitur febris quindecim se-  
re horas eum affligens, sed post ita re-  
cte valet, ac si nihil mali passus esset,  
immo munia sua omnia illico exacte  
conficit; artem autem textricem exer-  
cit. Cæterum incipiebat paroxysmus  
ante lucem sabbati, perdurabatq; to-  
tum fere diem. qua de re, hæsitare cœ-  
pi, an ob errore aliquem commissum  
ab adolescenti, in ea nocte, præcipue  
in cibo, & potu, sebris hæc veniret: sed  
cū experior, nihil tale esse deprehendendo.  
Solent nanque Hébræi, præcipue  
artifices nocte sabbato dicata, maiori  
otio vacantes, liberalius cibari, sed vt  
dixi adolescens hic, in hoc non delin-  
quebar, immo certus fui, cum noctem  
hanc continuo absque cibo, & potu  
transfigere. Eueniebat igitur sebris, vt  
huius generis aliae ab humore melan-  
cholico, paucis, sed bene crasso, vt in  
scholio apparebit, pro quo abigendo,  
& sanitate huius iuuenis recuperanda,  
cum multa concinne, & ornata data  
sunt medicamenta, sanatus est.

sc H

## SCHOLIA.

Quintana, sextana, septimana, octauana,  
& nonana, Hippocrates bonus senex ille, li-  
bris epid. & prorheticis, veluti sexcentis aliis  
locis meminit, Gal. vero nullum horum circum-  
sum se vidisse, ultra quadriguanum, libro  
primo, de diff. febrium, cap. 5. testatur, nos  
vero non solum hos, sed annos circuitus ob-  
seruatos hucusque habemus. Virum quendam  
nouimus, qui singulis annis, eo die, quo in luce  
exituit, paroxysmo evidente satu, corripieba-  
tur, reliquo vero in tempore recte valebat: im-  
mo adolescens, de quo curatio nostra agit, non  
solum presenti hoc anno hæc dicta passus est,  
sed elapsi anno, etiam eodem tempore omnia  
similia habuit. Cæterum, sextana, septena,  
octauana, longe natura sua sunt, sed nonana  
ceteris longior: omnes tamen salubres, &  
minime lethales; Quintana vero, cæteris pericu-  
losior est, & magis mortifera: Nā ante phthisi-  
sim, & iam phthisici superuenies, interficit, vt  
meminit Diom. Hipp. libro primo Epid. ha-  
rum vero causam, melancholicum succum esse  
diximus, & vt Avicenna placet, quantitate  
exiguum, sed substantia crassiorem eo, ex que  
quartana fieri soleat, unde præter quartuor  
communes humores, novos excoxitare opus nō  
est, vt sen prima, libri quarti, capite rei huic  
faciente, sapienter dixit.

Curatio 76. in qua agitur de ab-  
scessu iecur inficiente.

**P**recedurum abscessum super iecur extra prominentem patiebatur Calaber, vir boni habitus, annos natu sexaginta, quem medicamētorum variorum emollientium vsu & beneficio, chirurgus ad suppurationē trahe-re totis viribus conabatur. Cæterum ad hunc cū vocor, eum lectulo graui-ter decubentē iuuenio, febribat tūc, & vix ad latus mouebatur, conspecto tandem abscessu, & digitistacto puris non exigua quantitatē, cum longa artis vsu exercitiōque, tum gratia, be-neficiōque, à natura ad id mihi con-cessis, subtus latitare deprehēdo, vnde subito accessit chirurgo, candente ferramento decliviori in loco, eum apertire feci, ex quo puris non adeo al-bilingēs quantitas confestim exiuit, habito à nobis viriū tenore, & reli-quis ad id facientibus. Intromissa ita-que turūda, toto cōfuso ouo intista, & exercita postea curatione, hoc est, digesta ut aiūt materia, & abstersa pla-ga, etiam syringe, siue syphone iniectis lauacris, & supraposito vnguento basi-lico

CVRAT. MED. CENT. VII. 231  
lico minori, vel albo, aut ex tutia con-fecto, prout tepus, & ratio postulabāt, ita res subsequuta est: cum nanque ab-scessus discissus fuit, paucas post horas homo hic in singultū venit: indicium prout assistentes putabant, pessimum, & lethale, & re vera, singultus hic læ-sionē in concava iecinoris parte præ-cipue attestatur, ut doct̄e Aucenna prosequitur sen 14. libri tertij, capite de notis apostematū hepatis in ge-nere, & nos ex Galeno sape tis in Cē-turiis meminimus: non inde rāmen ar-gumentūm præfigiendi de huius ob-i-tu sumpsimus, tametsi non nullos dies singultus hic eum infestauerit. Sed no-tam hanc alia peior comitabatur, ven-tris scilicet fluxus, pro quibus doman-dis symptomatis cataplasma iecur ro-borans superponi iussi, ex palmulis, ro-sis, chamēmelo, & absynthij coma, & tunc vlcus ter in die curabatur, & re-stius habebat: ex eo, nanq; puris mul-tum effluebat. Sed præter cataplasma iecori appositum, stomachus, siue os-ventriculi nardino fouebatur oleo, & victus huic, tenuis satis ut ptisana ad-mista pulli decocto, veluti ex oryzæ polline pulticula offerebatur. Memi-

nistis enim ex Galeno, me non semel dixisse, correptos oris vētriculi, & iocinoris inflammatione, parcus cibari debere, quām qui pectoris inflammationibus afficti sunt: hoc etenim ordine ægrotus hic optime habuit: vltceris tamen emissarium orificiūmve apertū illi semper mansit. Fieri etenim nunquam potuit, vt consolidationem recipere. Sed hæc forte parui momenti res est, cùm hic omnia munia sua exacte & concinne conficiat, & nihil doleat, sed valide & prospere valeat, & melius forte quām prius, cùm in mortuum incideret.

## S C H O L I A .

*Abscessus hic ad latus dextrum supra ie-*  
*coris membranam iacebat; qui eius precipue*  
*causa partes obsidebat, vt singultus, & ege-*  
*stiones attestabantur, ad hæc Janies ab ulcere*  
*aliquando exciens, sanguinolenta, cruentava,*  
*iectar ipsum referens, vt tumorem ingentē ex-*  
*tra prominentem, & hepatis ipsum comprimen-*  
*tem, & lancingantem præteream: leviori igitur*  
*manu, candente ferramēto rystio illa facta fuit,*  
*de qua re Hippocrates libro septimo*  
*aphor. 45. dixit, quorum hepatis suppuratum*  
*aduratur, si pus purum fluxerit, & album,*  
*evadunt: in tunica enim his pus continetur. si*

verò

C V R A T . M E D . C E N T . VII . 233  
 verò qualis amurca fluat, percurent: tunc enim  
 in Gal. in enarratione ait, iecoris substantia  
 maculata est.

*Curatio septuagesima septima, in qua*  
*agitatur de laborante in iecore abſ-*  
*cessu, & exanimato, mortuōne,*  
*quia extra cubile egestū surgeret.*

*E*lli illius qui ex Malacha Indiæ ultima quadam prouincia ad nos redierat, iuuenis triginta annorū, temperaturę satis exustæ, iecoris inflammationem patiebatur; ad hæc febrim continuam, singultum, bilis præssinæ vomitum, fastidium, & bilis flauæ per vniuersum corpus effusionem: quibus omnibus alii fluxus superuenit, indicium lethale & mortiferum; qua de causa imbecillis factus, cōsultum fuit ne extra lectum egestum surgeret, ille vero non obediens supra scaphium sedens, exanimatus obiit; forte autē euaserat, ni infortunium hoc illi supervenisset, vt nonnullis iam quoque evanisse Galenus memoriarum commēdauit. porro hic in tantum malum deuenit, forte ob medici qui eius curam habebat, segnitiēm: sanguinis nanque miserationem in totum præteriuit.

**Curatio septuagesima octaua, in qua agitur de unico remedio contra nephritim, & renum lapillo.**

**V**ir qui nephritim patiebatur, & de renibus non raro lapillos rubentes per virgam mittebat, multum querebatur: lumborum namq; & iliorum, immo totius ventris dolores, & rugitus sepe sentiebat, pro quibus ab igendis, profligandisve symptomatis variis & pessimis, multis est usus remediis, frustra tamen. At quum praei spem, ex cuiusdam commendatione auellanis in victu uteretur, liber, & sanus à tatis affectionibus evasit: consulerat autem illi vir quidam, si motum profigatum veller, auellanis internis suis membranulis, initio prandij, & cenæ comedere, ceterum illi remedium considerans familiare, & optimum, non solum initio mensa ea comedebat, vt medicus ille impetraverat, sed medio & fine, quarum assidue usu, ita valuit, vt nunquam post morbum persenserit.

S C H O L I A.

*Non solum vir hic de quo agimus, auellanarū esum, sanus ex hac mala affectus*

fuit, sed plures alij: sunt autem auellanis ha-  
rvigares, pontica dictæ nubes, quas Auicen-  
ta inter eas medicinæ, quæ lapidis renum  
materiam absunt, reponit, sed qua faculta-  
te operentur, dubium est, an forte sua siccitat-  
e, & facultate in membranula interiori comp-  
rimita. Sed non desunt alij, qui hoc operari sua  
nuclei parte oleosa contendant.

**Curatio septuagesimanona, in qua agitur de peripneumonia à capitib destillatione contracta,**

**M** Vlier Calabra, triginta annos nata, & que iamdiu de hemicrania, capitisve dolore conquebatur, repente peripneumonia à destillatione capitib pendente correpta fuit: dignosebatur autem quod mulier hæc hoc laborabat morbo iis indiciis, ardente & acuta febre detenta spiritus difficultatē patiebatur: ad hæc, distensionem, pectorisque profundam grauitatē la-  
tus dextrum præcipue occupatam, & genarum ruborem, & in ore vlcuscula, ac in fauicibus deglutiendi ingentem difficultatem, & linguæ scabritiem in-  
genti rubidine, & inexplebili siti habe-  
bat, cū quibus, si quid gustabat, quod liquidum esse propter deglutiendi dif-  
ficultul

ficultatem, necessum erat, illico vomebat: quæ omnia mihi satis attestantur, hanc in pulmonibus inflammatio nem pati, & eam quidem erysipelatu naturam resipientem, pulsus tunc recte cunque constabat, & lotium rubrum substantia mediocre erat. Quibus omnibus æquè libratis, illico illi ex interna cubiti vena dextra sanguinem ad vncias quinq; demere iussi, à qua sanguinis missione illi alius citata est, & sæpe & multa, variáque egerebat. Sed cum nihil gustaret, & si gustaret, stomachus non retinebat, cruciabar, & qui bus remedii curari deberet inquirebam: ridiculosum autem erat vétriculo occurgere, tametsi ipse non rete haberet. Cum igitur sic anxius essem, in mentem venit, hanc euasuram, si modi gelu in ore assiduo teneat, quod et continuo & paulatim excolet, distillere, quo remedio, tantus focus, ignis vivens intra paucos dies extinctus fuisset, paucis topicis siue localibus applicitu remedii, ita ut nunc basilicè valeat.

*Curatio octuagesima, in qua agitur  
lippitudine ophthalmia dicta, epidemiali.*

Vigente diuite autumno, satis temperato 1560. magna pars populi ophthalmia lippitudine dicta, oppressa fuit, pro qua curanda, raro medici accesseretur, etiam si difficilis esset: ita enim hominibus communis iam & familiaris morbus euaserat, & re vera morbus hic paucis curatur abigitur: perduravit autem lues hæc vnum vel alterum mensem. Sed hæc scriptis damus, ut noscatis morbum hunc populariter vagari, veluti alios, aliis in temporibus. Ceterum si qui remediis subiectibatur, habitis forte prædictis vaccinationibus yniuersalibus, iis topicis rebabantur. Oui aquato rosarum stillitia mixto, & sæpe linco applicito, vel temporis successu, decocto fennagraci, tantopere à Galeno laudato, vel hoc alio potentiori. Rec. facturam candi, partes tres, sarcocolla; partes duas, viridis æris, partem sexcentam; omnia in tenuissimum possilicem redigantur, & qui aquato excipiuntur, & rotaceas passent collyrium, & vtatur. Porro Iosephus Chrispinus, nigelli coloris viri post sanguinem ex brachio extractum, veluti per cucurbitulas scapulis adnotas, collyrium album Résis, suo exig.

exiguo opio concinnatum oculis ad. mouit, & peius habuit, forte quia collyrium acutas & ignis modo vren- teis lachrimas retinuit, concarceravit, sed illico deposito collyrio, carnis vaccinæ frustulis vtebatur, quibus oculos multum refrigerari aiebat, sed ita vera purgatio corpore, breui sanitatem obtinuit, quemadmodum Abra- mus Almilius Andrinopolitanus, & alij plures, ex hoc eodem morbo.

## S C H O L I A.

*In mittendo sanguine ex venis, talis seru-  
us debet ordo: In morbis capitis, & ceruicis  
humeralia incidenta est vena, à qua oculi  
cum dolores vehementes mirum in modis  
dantur, si modo in cubito edreicto fecetur, &  
memoria commédauit Gal. lib. 4. de anatomia  
administr. & Oribasius lib. 1. sui compendi  
cap. 10. ex Paul. libr. sue med. 6. cap. 40. in  
terior autem vena basilica dicta, secta vilius  
quis quorum partes, que infra collum sunt, in  
venuntur; media autem vena, hoc est, composta  
ex cephalica ex basilica, in paucis reperi-  
ad superiores, ex inferiores est accommodata.  
Quae vero in pedibus sunt vene, morbis op-  
lantur quis, qui à venibus ex umbilico imma-  
tes absident: sed hec pleniū ex libris huic  
gotio discant, condiscere.*

*Curatio octuagesima prima, in qua  
agitatur, de uertigine, hoc rigido hy-  
berno, multos affligente, simile  
de spacelismo.*

**H**ac rigida, niuosa, & saeva hyeme, Hanni. i 560. plures, de vertigine conqueruntur, quia nonnulli eam no-  
atu, cum in cubili voluuntur, persen-  
tiunt, vt Ararinus pharmacopola, Ezra  
Vicinius, & alij plures; sed multi alij,  
quum lecto surgunt, in aurora magis-  
ta eam incident, ex quibus nonnulli  
cadunt, & tāquam apopleticī manent,  
vt Mordohai Moschus, qui cum ele-  
cto surgeret, omnia circumrotari illi  
videbantur & apopleticō paroxysmo  
apprehensus fuit, sed cum robustus es-  
set, restitit, & adiutus recte habuit. Ad  
cum autem veniens sensu & motu pri-  
uatum, dentibus cōstrictis inuenio, sed  
exereitis frictionibus, & vioculis ad-  
motis, & acetō ex otigano, naribus ap-  
plicito, veluti castores, & cuncolis a-  
pertis dētibus, napha aquam tepidam  
per os iniiciendam curauimis, quibus  
ad se rediit, & de capitis dolore tunc  
maxime querebatur, pro quo iuuando  
nuglande vna vel altera melle, & spe-  
cieb.

ciebus trochisorum alaandal compo-  
sita, eius irritata fuit alius, & ius pul-  
lae pro victu concessum; sequenti ve-  
ro die cum etiā de capitis dolore con-  
quereretur, & anxie haberet; purgans  
medicāmētū, boli forma illi dēdimus,  
quo recte purgatus est, & tunc pileus  
ex aromatis, & capiti deseruientibus  
medicinis cōsitus, insertus est: vt me-  
lanthio, nuce moschata, caryophyllis,  
cardamomō vtroque, stoechade, maio-  
rana, origano, pulegio, & similibus, &  
scapulis cucurbitulae quatuor sunt af-  
fixæ: per quarum duas, cute secta, san-  
guis extractus fuit, & tunc per nares  
decoctum maioranæ adiecto pauculo  
succo cucumeris asinini, inspirabat,  
trahebatve, quo remedio nō raro ster-  
nutauit, & vt ille aiebat, oculorum lu-  
men clarius evasit, ultimo vero, con-  
ditū est stoechade, singulis auroris gu-  
stibat, & cinnamomi decoctū superbi-  
bebat, & intra sex dies sanatus est. Ca-  
terum Iacobus Læulta cum simili ac-  
cessione correptus esset, illico obiit. At  
ancilla Isacchi Erguij, Sarmata, iuue-  
nis tempefatura sanguinea, obesa, &  
qua nunquam forte menses suos vi-  
derat, post annuatā quartanam, à qua  
forte

forte iam libera erat, repente capitis  
intensissimo dolore ingenti cum febre  
cruciari cœpit, & inde gemendo, &  
stertendo, quasi mortua ad 24. horas  
mansit, in fine quarum suū diem obiit,  
& vt ego coniecto, sphacelisimo appre-  
hensa, per nares autem & os multa sa-  
niosa, & virulenta reiecit.

*Curatio octuaginta secunda, in qua  
agitur, proponitur casus, non  
contemnendus in pleuritide.*

V ergo annos nata sextdecim, hoc  
niuoso & rigido tempore saeva  
pleuritide costas dextras superiores  
eum ipsa clauicula corripiente crucia-  
batur: ad quam accitus, tertio forte  
agritudinis die, eam grauiter de dolore  
cōqueri, vt dextrum brachium non  
moueret, inueni, quo cum agone & in-  
fortunio, illi sui soliti & copiosi men-  
ses tunc fluebat. Cum igitur morbum  
grauem & pericolo plenum dignosco,  
pro eo abigendo, vincēdōve, sanguinis  
missione indigere status, sed ex qua-  
nam parte, hoc opus, hic labor est.  
Plegmone nanque succingentem co-  
stas membranam male afficiens, ex in-  
terna brachij vena exergendant vacua-

tionem quam occissimè postulat ; menses vero fluētes, ex saphena potius celebrandam clamant ; quia ut Hipp. ait, per eandem viam vacuationem facere debemus, per quā natura indicat; item quia hoc in casu, aliter faciendo, sursum sanguinem euocaremus, & phlegmonem augeremus, & consequēter ad obitum ægrotantē traheremus. Longe enim hic aliis est casus, ab eo quem iis in centuriis proposuimus : scilicet, vbi suppressi sunt menses cū plethora, quo in casu aliquando Paulus, & post eum Auicēna ex brachio primo sanguinem demendum constitūunt; in hoc autem præsenti casu, menses fluunt, proinde cum morbus, ut audistis, periculosus esset, fixo animo, ex saphena pedis dextri respiciētis dolorem, sanguinis vncias octo demere feci, à quo extracto, menses copiosiores erant, & dolor non ita sœvè cruciabat, sed tanquam stipata manebat, pro qua iuuanda topica remedia applicabantur, & cætera necessaria exercebātur: porro duobus interiectis diebus, cum forte menses cessarent, & dolor adhuc sœviret, ex interna cubiti venaciūdem lateris, vbi erat dolor, sanguis ad vncias sex extra-

Ans

ctus est : à qua sanguinis missione rectius habuit, adeo, vt sequenti die ab epoto atramēto cassiæ Aegyptiacæ decocto pectorali excepto, sana euaserit, quo in tēpore plures, & varij ex pleuritide sanati sunt, ut nepos Azariæ prouincialis, & Sadic lanij vxor, vtero gerēs, quæ post sanguinem ex brachio extractum, in renūm & iliorū, ac ventris dolores incidit, & sequenti die puellam quinque mēsiūm deturbauit, abortiuūtve, vnde illico recte habuit, & sanata est: sic sacerdos textor, & illi vicinus Iosephus Oef, vir ex mea propagine stirpēve : sic etiā filius Trapezitæ iuuenis sexdecim agnorum, & vxor Sabatai, qui pileos conficit, & Nathan Salaphatinus, & Calabra mulier vtero gerens, & pescator: omnes ij, & alij intra decem dies ægrotarunt, & sanati sunt, neq; vñquam aliquis pleuritide affectus moritur, si modò breui nostro vtatur consilio. Siculus homo, & alij incurati, aut per nos nō tractati, tunc pleuritide affecti diem suū obiere.

*Curatio oftuagesimateritia, in qua agitur de synocho febre, dupli- tertiana complicata.*

**H**oc eodem tempore Sadich La.  
nio, iuuenis robustus, vt athle-  
tam ipsum dixeris, cū eius vxor pleu-  
ritide laboraret, synocho duplice ter-  
tianæ complicato, male afficiebatur;  
continuo autem febriebat, & singu-  
lis diebus, singulam accessionem pa-  
tiebatur: ex accenso autem sanguine,  
synochus ortum trahit: cæterum ex  
subtili ipsius sanguinis parte, bilem  
dixerim, duplex tertiana quoque fa-  
cta est, vnde hic & continuam febrem,  
& duplēcēm tertianā patiebatur. Cæ-  
terum hos variis in corporis locis fie-  
ri morbos, vt plura alia, consulto præ-  
tereo: erant autem huic pulsus om-  
nibus dimensionibus validi, lotium  
rubrum, crassum, & fere turbatum,  
sitis ingens, & capitis dolor, cum qui-  
bus sanguinē profluentem ex naribus  
passus erat. quibus omnibus considera-  
tis, illico accessito chirurgo, ex  
iecoraria vena brachij sanguinis li-  
bras duas demere feci, qui quidē san-  
guis admodum corruptus erat, vt ve-  
lperi repetita sanguinis missione, alia  
duę librę extractæ sint, & illico absque  
febri manserit, & tota nocte recte  
habuerit. Sequenti vero die de more

alt

EVRA. MED. CENT. VII. 245  
altera tertianarum cum inuasit bre-  
uis, tamen quum per copiosissimum  
sudorem exoluta fuerit, adeo vt die  
proximo, cum Aegyptiacæ cassiae atrâ-  
mentum ebibit, ab omni morbo sanus  
euaserit: solent autem hīc Thessaloni-  
cæ maiori ex parte, ex hac morborum  
complicatione ægrotantes mori: vt la-  
tius dicemus.

*Curatio octuagesimaquarta, in qua di-  
luitur dubium à Thessalicen-  
bus propositum.*

**E**fflagitastis à me qua ratione om-  
nes fere qui in pauiculo, pro pa-  
viendis pannis aliquot dies commo-  
rantur, cum domū se recipiunt, ægrot-  
ant, & moriūt. Ego vero vt qui non  
paucos præ manibus hucusque habui,  
& tractau, hanc præcipuam causam  
stare, qua ij ægrotant & commoriun-  
tur, putarem: agunt autem ij in pauino,  
quinquaginta milliaribus, ab hac Thes-  
salonicensi ciuitate in rupibus sito, sa-  
luberrimo aere circundato, & aquis  
multis frigidis & optimis abundante,  
ob quas recte ij illic valere deberent.  
Cæterum cū ij sint homines optimo  
pani, recte pinso & valenter subacto,

fermentatōve, & iuste salito assueti;  
subcineritiis panibus, male subactis,  
& non fermentatis, illic velcūtur, quos  
difficulter concoquunt, conficiuntve,  
& eo magis, cum vini vice, quo vti solent,  
aquam frigidam bibant, vnde in  
diarrhœam omnes fere veniunt, quam  
in bonā partem miseri iij reiiciunt, credentes  
aquaꝝ beneficio, panem illū in  
stomachis concoqui, & distribui: sed  
res non ita se habet: quū ob panē illum  
concoctu difficultē, & aquam frigidam,  
ac præ ceteris quia insomnes agunt,  
hac illis eueniāt: parum autem iij dormiunt,  
ob negotium conficiendum: si  
nanq; somnus longus & profundis illis esset,  
sufficiens esset panis & aquaꝝ  
errorem compensare. Tradit nanque  
Polybus libro de dīcta salubri priua-  
torum somnum altum & profundum  
emendare rusticorū errores, vnde cum  
imbecilles sic ad aliquot dies maneāt,  
& grotant, sed præcipue domum cum  
se recipiūt, quia cum vxoribus coeūt,  
& variis eduliis se ingurgitat: sic enim  
imbecilliores sūt, & succi in eorū cor-  
poribus putrefiūt, ex quibus sequissimi  
morbi gignuntur, & per consequens  
mors ingreditur. Ut igitur tātum ma-

lum

lum effugiant, duo agant oportet: pri-  
mum vt bituminosum panem illū pre-  
termittant, & panem fermentatum co-  
medant, vel saltem nāticum dictum:  
secundum, vt dormiant, aut non ita vt  
solent vigilent.

*Curatio octagesima quinta, in qua agi-  
tur de bile utridi, & uermibus, in-  
genti cum febre interficiente.*

**I**N Circulo Basæ; magnæ spei puer,  
annos natus decem, vt qui ingenio  
aci, & memoria tenacissima pollebat,  
& multa & magna legis citabat, morbo  
laborauerat venenofo, ex quo vt  
parentes referebant, optimè recte que  
iam valebat: cæterū paucis interiectis  
diebus, ecce puer hic poma prædura,  
& varia alia pessimi succi edulia inges-  
tit, à quibus illi suborta ardens febris  
est, vomitu bilis porri, & isatiidis viro-  
rem referentis, multo, & frequenti, ex  
quibus angustiabatur, tristabatur ve-  
ni mis, & gelidam clamabat cōtinuo. Ad  
quem accitus ego, omnia ex bile vene-  
num referente, & à pomis genita, eu-  
nisce coniecto, qua de re ad irritandum  
vomitum, bilēmque viridem euocādam

illam, vomitorio agarico albo & similibus constante, accingor, quo scopum obtinuimus: multa namque viridia per os vomebat: alius tamen adeo cōstricta erat, ut non nisi iufusis responderet. Sequenti vero die, cum iam ea que per vomitum mittebat, viridia non essent, bolum constanter rhabarbaro, electario à dactylis, semine sanctonico, cum nonnullis myrobalanorum corticibus citrinis illi dedimus, quo multa per inferiora egessit, bilem prædictam referentia, nonnullis cum vermicibus præuiuis, & oblongis satis, per superiora vero etiam tunc nonnulla, non admodum tamē ut prima viridia, sed æruginosa, & Zinaria ab Auicena dicta, vomebat, in quibus viriditas ob nimiam vstitutionem amittitur, & albedo, siue cineritius color introduci incipit, cum quibus & nonnullos vermes euomuit, quo in tempore nihil præter gelidam gustabat, quam audiissime appetebat. Tertio tandem die, ab eiusdem per os oblongo & crasso verme informi, diem suum obiit.

## SCMOLIA.

A bile viridi ex pomis genita, alias monias observans, Caterina filia Samuels Asaya

iunius, que non diu primo pepererat, ex recte gubernata erat, ex simili merbo febrive, à bilo præssina originem trahente, multis cū vermicibus obiit. Vocatus autem ipse octauo agriculturis die, illico deplorata eam reliquit, sametis optime & expedite loqueretur, ut nihil mali pati assidentes crederent: obiit autem sequenti nocte, ingenti cū dolore ventris & inexplicabilis siti. Euadunt tamen aliquando ejus, si ab initio venenosa haec materia purgatur, evacuaturre. LANDVS. Si verum est quod bilis præssina veneni naturam sapit, quomodo cum ea vermes tam sepe complicantur, reperiuntur. AMATVS. Recte d' Lande, proponis ut qui à pituita, ex corruptis putidis re succus, vermes gigni, cum medicis obseruatum habes: ceterum contingit non raro prædictis cū succus, à quibus vermes gignuntur, bilem præssinam venenosam reperiiri, vel saltē misceri, unde ex vermes & bilis præssina non raro simul foras prodeunt, aut per medicamenta detruduntur. LANDVS. Ob variam igitur humorum miscellā hoc enenire, si recte teneo, sic. AMATVS. Ita vulgares aiunt medici, sed ego tibi longe pulchrius, ex magis veridicum ad presens responsum dabo, & forte ex Dioscoridis & Galeni decerpsum decreta. LANDVS. Hoc audire pergratum mihi erit, si cū dabitur occasio, de his differere noscam.

AMATVS. Acius hac repetenda erant, sed pro summa hic habeto. à pomis, peponibus, cucumeribus, betis, & huiusmodi aliis fructibus, & oleribus in ventriculo non collit, bilis prassina gigni solet, que pituita naturam sapis, & initiat. Porro si fructus iij aut olera in totū ipso in ventriculo contingat corrupti, tunc tantum abest, ut pituita naturam subeant, ut potius bilis calidissima & venenosa temperaturam sortiantur, ex qua ardenter & lethales gigni solent, febres. id quod lucide ex Dioscōride lib. 2. sive medice materia, capit. 129. de peponibus elicetur, reluti ex Galeno libro de Euchymia, & cacoehymia. Cum igitur ingesti fructus pars non admodum corrupti contingat, & pituita naturam seruet, inde lumbrici facile in intestinis, & ut dixi, ventriculo ipso, gigni solent, ex reliqua vero in totū corrupta vitiata, bilis prassina, acris, & pruriens evadit, ex qua vermes forte gigni non solent, quanquam & ex ea gigni posse. absurdum non videbitur asserere, quādo quis noverit viperinum venenum dentium vesicula contentum, dulce admodum esse, ut revera est. Habet igitur mihi Lande causam, ob quam lumbrici prassina cum bile fere semper complancuntur, ut abas, ita hoc anno in trecentis fere pueris obseruavimus. Nam filiolus Sarague chirurgi annos natus decem, medio autumno

cum intemperanter fructus varios comedederet, febre dolore cum ventris corripi caput seu, & omnia fastidiebat, & illi rix pulsus percipiebantur, que omnia à bile praesuma calida & pruriens, siue turgente, ortum trahebant, id quod bilis ipsa per vomitum electa, symptomatique alia attestabantur, qua cuī bile prassina multos vermes etiam per os emittebat. Ceterum cum humor hic turgeret, illico omni data opera de eo purgando vacuando re, Hippocratis cōsilio, solliciti eramus, qua de re pharmaceuticā cōstans rhabarbaro, electario & dactylis, & semine safflonico, illi dedimus, quo nihil quicquam egeſit, rectum nanque intellectum humor petiuit, sed foras non exiuit, forte medicamentis purgatorijs impotentia ignauia, unde illico totus venter tumefieri cœpit, & ad inguem dextrum puer ipse sequenti die doluit, que omnia ab humore illo acri pruriens tere, euensis, notus quam à me multis dici possit: turgens nanque hic humor, & iecur imbecille reddit, & abscessum interiore in parte intestini recti retsum inguem genuit. Vitamen hic puer egereret, glandes ex discoflo melle, stercore muris & scammonio apparatus, pater chirurgus mittebat, quibus aliud optime respondebat: non autem ita recte clysinis aliud irritabatur, ut balanis predictus, quemadmodum molis euensis obseruatum habe

habemus, quibus glande vna vel altera facile  
et abunde aliis respondet, clysteri vero ne-  
quaquam, volvsi et contrario multis aliis. Ut  
tamen tanto malo obuiam iremus, multa ma-  
chinatis sumus, quorum beneficio abscessus dis-  
ruptus est, et ex eo pus multum sanguini mix-  
tum, per anum non semel exiuit. Tunc ster-  
cora cineritij coloris multa mediocris confisten-  
tia erant, et puer ipse extenuatus sat. Post  
disruptum vero abscessum infusis ex aqua hor-  
di, saccharo, et ovi luteo plaga souebatur,  
quibus postea rhodomel miscebatur, aut aqua  
mellis syphone ejaculabatur, quibus aliis de-  
sumunt, sed puer gracilior in dies evadet, et  
vires imbecilliores percipiebatur, adeo ut elas-  
pso quarto mense egritudinis, vigente frigore  
intensissimo, suum diem obierit, ut plures alii  
tunc longis morbis detenti. Puer tamen qui  
apud Calabros, non procul a Melitensi circui-  
tu agebat, octo natus annos, febre lenta et er-  
rante laborabat, quam ab obstructionibus  
euenisse, medicus contendebat, ceterum cum in  
dies puer hic peius haberet, et gracilior eva-  
deret, ad eum vocatus, noto per indicia tam  
sepe repetita, puerum hunc multis vermium  
myriadibus laborare, ex quibus febres nullum  
ordinem seruantes dependentiam habebant,  
qua de re cum bolum hunc deglutiret, multi  
magno prasinis, et alios non paucos linea-

CVRAT. MED. CENT. VII. 253

rum modo deiecit, et brevis sanatus est: habet  
autem bolus sic, R. rhabarbari optimi drach.  
vnam, et alterius medium, agarici electi scri-  
ptulos duos, diaphæniconis drach. duas, pulve-  
ris nostri contra vermes drach. vnam saccha-  
ro excipiuntur omnia, et fiat bolus, quem ie-  
juno stomacho comedat, aut deglutiat, et su-  
pra dormiat per horam etiam redixi, post  
iejectos multos et varios vermes, sanatus est.  
ut iure dixerimus, omnes ferre agrotantes, ver-  
mibus absumptos hac estate excarnificatos de-  
cedere.

Curatio octuaginta sexta, in qua agi-  
tur de nonnullis ob ingens frigus,  
congelatis, emortuisque aliisque re-  
stitutis.

**M**ulti ob ingens frigus, rigidum,  
& niuolum, nunc congelati mor-  
tui sunt, alij vero pedes, alij manus, al-  
ij digitos, alij alia membra, tanquam  
nigra cornua facta perdiderunt. Vnde  
ero nobilis cum iter ageret, & tanquam  
mortuus rigidus & gelatus ad pagum  
veniret, dissecto bove, intus se mitti  
lussit, & evasit, remedium iis qui vene-  
num hauserunt unicum, praesertim in  
dissectis mulis. Portò Rhodius homo,

qui per sex hebdomadas in nauis remo-  
ratus est, alterum pedem tumentem  
nonnulla cum liuiditatem, sed ingenti  
dolore patiebatur, quem in pristinum  
nitorem, & exactam traximus sanita-  
tem, hoc applicito emplastro, Rec. fari-  
na hordei, fabarum, orobi, oxymellite  
excipientur, & fiat emplastrum, alij ve-  
ro forte peius habebant, vt qui in par-  
ticulis nigritione patiebantur, sed ita  
tractati, restre habebant, scarificatis  
nanque particulis ipsis, & salita aqua  
lauatis, ac supraposito dicto emplastro  
recte vt dixi, ægrotantes habebant:  
si quæ tamen emortua, ac gangrena af-  
fecta particula erat, tota illa emortua  
præcidebatur, vt vero, emortua pars à  
sana separaretur, aliquando feruentem  
picem supra iniiciebamus, cætera &  
varia consultò prætermittimus.

*Curatio octuagesima septima, in qua  
dotetur, quomodo mithridatica an-  
tidotus uerè parari debeat.*

**V**T per tuas accepi literas Ammo-  
ni sapientissime, cruciatis, quo-  
cum apud curiā Solimani Turcarum  
Imperatoris Cōstantinopoli frequen-  
tium

&amp; al-

& assiduis mithridaticz antidoti vsus,  
ex qua tamen descriptione, eam parare  
debeas, nondum satis sis conscius: tuæ  
dubitacionis, vt ego auguror, Galenus  
author est, vt qui libro de antidotis 2.  
mithridaticę antidotariarias descriptio-  
nes scriptas reliquerit, & ex eis tres  
præcipuas cōstituerit, primam per An-  
dromachum citatam, secundam, per  
Antipatrum & Cleophacum, tertiam  
vero per Damocritum, numeris insig-  
nitas, quam vt paucis tibi dicā, me-  
dici vt efficacem magis, & vsui com-  
muni habitam, recipiunt, & in praxim-  
trahunt. Ex iis Paulus Aegineta inter-  
Græcos, vñus est, qui hanc tertiam des-  
criptionem, vt communem, & Mi-  
thridati Ponti Regi familiarem acce-  
pit, & suo medico compendio affixit:  
mea tamen sententia, diminutam &  
acephalam, ab eo diafincu appellata-  
tam. Nam præter quod in primis aga-  
rici, & croci oblitus est, in reliquorum  
simplicium ponderibus longe variat:  
Sic ex Arabis, Autcenna, qui se Gale-  
ni interpretem proficitur, libro 5. sui  
canonis, hanc eandem huius antidoti  
descriptionem, vt communem, & veri-  
dicam imitatur, & eidem subscribit,  
sed

sed quanto errore, aut potius inconstantia, vel ex hoc constans lector dijudicare poterit, ut qui nouerit Auicennam ipsum gloriari in sua descriptio-ne tredecim simplicia reperi, quæ in Galeni habita descriptione non habentur, inter quæ primo agaricum nugas-tur, & hermodactylos addit, & varia alia, quæ robustissimo stomacho homo concoquere, & digerere, siue distribuerenon valebit. Qua de re, postpositis iis, & Nicolao, ac nō paucis aliis, quia artem medicam euertere, & turbare solent, Galeno vnicō medicinæ lumi-ni, fidem præstemus decet, & in hac re veluti in cæteris, illi subscribamus; & ex carminibus numerisq; , antidotum hanc, quæ in vniuersum theriaca erat, si modo ei pastili ex viperæ carnibus confecti, miscerentur, prout Andromachus senior, Neronis primarius medicus, non sine diuino lumine primò ei-miscuit, in pedestrem siue fluxam orationem reddiderimus. Et ne iam le-storem remoremur, antidotus mi-thridatica in officinis paranda, ex Da-mocrito ita habet, Rec. myrræ, croci, agarici, zingiberis, cinnamomi, spi-  
ce nardi, thuris, thlaspis ana drach.  
de

decē, seselis, opobalsami, iunci rotūdi, stœchados, terebinthinæ, chalbáni, oppopanacis, malobatri foliorum noui. an. drac. octo, casiae, polij, piperis albi, scordij, seminis dauci cretici, car-pobalsami, cypheos, bdellij an. drac. viij. nardi celticæ, gummi arabici, petroselinii, opij, cardamomi, seminis fo-  
niculi, gentianæ, rosarum, dictamni cretici an. drach. quinque, anisi, ari, acori, phu, sagapeni an. drach. tres, meu, acaciæ, scinci ventris, feminis hyperici ana. drach. duas, & alterius medium, vino & melle. quantum suffi-cit, secundum artis ministerium fiat antidotus mithridatica. Cæterū quia hanc exopticam & miram antidotum mithridaticam, cypheos compositio ingreditur, exornatve, dignum duxi-mus, eam quoque hic appendere, quæ ex Galeno, ita quoque habet, Rec. pulpæ passarum vñarum, albarum, terebin-thinæ crematæ an. drach. vigintiquatuor, myrræ, iunci rotundi an. drach. duodecim, cinnamomi drac. quatuor, croci drach. vñant, bdellij pinguis, spi-ce nardi, casiae bonæ, cyperi, baccarum iuniperi an. drac. tres, aspalathi drach. duas, & alterius medium, calami odo-

rati drach. nouem, modico melle, & vino pauxillo, para exiguos orbiculos mithridaticam antidotum insignem, veluti theriacem exornantes. Hęc enim ex fonte suo decerpta sunt, prout similia decerpi debent. Suadet nanque Auicenna libro quinto sui canonis, theriaces compositionem non aliunde petendam esse, quā ab Andromachi descriptione, habita simplicium eadem mensura, & pondere, id quod Galenus primo lusasit, quanquam Imperatores eam non raro peruertebant, vt Antoninus., qui Antidoto primo authoritatem dedit, & eo quotidie utebatur, ex quo opium, sopore cum premeretur, adimebat, veluti non raro, ipsi vetusto Antidoto, vel absque opio composito, opium, aut Antidotum opium habens, cum in vigiliis incidet, pro somno conciliando, miscebat. Porrò quātum efficax, insignēve Antidotum hoc mithridaticum sit, norunt ij, qui apud Historiographos, Mithridatis regis obitum legunt, & percurrunt, vt qui cum venenum exiiale, pro se interficiendo ebiberit, antidoti tamen beneficio præmunitus, nihil læsionis accepit, qua de re, ferro occi

occidi voluit, vt quoque breuiter, sed elegāter Galenus noster enarrat. Porrò ne quis impingat, aut in errorem labatur, sciat hanc à nobis descriptam antidotum veram illam Mithridatis esse, non vero illam aliam, quā apud Galenum libro secundo de antidotis legimus sub sequenti lemmate, Mithridatis theriaca, hac rex Mithridates semper vtebatur, vt se à lethali veneno asserceret, & subditur, Quum itaque à Romanis captus esset, nec bis epoto veneno mori posset; gladio sibi ipsi necem intulit, & ceteras quum in descriptione ista, theriaca describatur, non verò antidotus mithridatica, non enim in mithridatica, antidoto theriaci pastilli ingrediebantur, vt testatur Galenus initio libri primi de antidotis, dicens, Post Mithridatem Andromachus Neronis primarius medicus, quibusdam adiectis, quibusdam vero ademptis, theriacem dictam antidotum præparauit, haud exigua vipearum carne, quam mithridatica non habebat, aliis admista, non erit igitur legitima Mithridatis antidoti descrip̄io hęc. AMMONIVS. Quid igitur Galeno, d Amate, respōdendū arbitrariss

AMATVS. Id quod Lucensis , aut sapiens Trincauellius doctè admodum marginali quadam annotaciuncula inibi scriptum reliquij, scilicet, descriptionem illam mire depravatam esse, quam vtcunque restituit , sed vt nunc ego coniecto , tota integra descriptio in lemmate premissa deest , & non solum hæc, sed initiu ibi habitæ descriptionis desideratur , vbi incipit , hac vtebatur Andromachus & cætera.

Cōsonū etenim est credere, primo Mithridatis antidotū descriptū esse, postea vero Andromachi additamentum. vtcunq; tamē res habeat, vera Mithridatis antidotus , & qua ipse vtebatur, hæc à nobis descripta est. non est ergo quod Manardus, aut Siluius, aliue docti viri in nouis cōponendis Mithridatis antidoti descriptionib<sup>z</sup>, laborēt, fatigenturve, quum hæc vna vnica sit, & quā myropolæ vbiq; parare debent.

*Curatio octuagesima octaua, in qua a-*

*gitur de gibberofo, ingenti capitis dolore affecto, & inde melächolico facto, & breui mortuo.*

M Ofes Brudus, gibberosus, pumilis, anhelosus, natura melächolico

licus, annos natus triginta, graui capitatis dolore ab humore melancholico pendente correptus fuit: contra quem cū multa machinata absque fruge esset, elapsis tribus diebus, eius cephaliea in brachij curuatura secta fuit , & ex ea sanguis ad vncias quinque extractus , à qua sanguinis missione dolor breui euanuit. Cæterum ægrotus ipse fere insanus evasit , & non recte videbat, sed vt primò , non dormiebat, febribat parū , & indies virés eius prostratores siebant, vt intra paucos dies mortem cum vita commutauerit. Cæterum sciatis velim, hunc non vi morbi, sed sua pessima téperatura positio néve, quæ ad triginta protrahi poterat annos, & non amplius, occubuisse.

*Curatio octuagesima nona, in qua a-*  
*gitur de muliere quinquagenaria,*  
*cui suppressi mēses sūt ultimo, &*  
*inde symptomata uaria oborta.*

V Xor Iacobi Ezræ Aragonensis, annos nata quinquaginta, cū illi iam vltimò menses supprimerentur, cleuarenturve, ecce tempore mēstro determinato, & consueto, eorum vice forte, in fluxū ventris incidit, deficien-

te nanque ad eos materia , conata est natura per fluxum ventris paratam in intestinis materiam expellere , quem ipsa recte,faciléque tolerauit, quo restricto , repente noctu ingenti metu apprehensa est,& catalepsis siue congegelatione fere detenta , non loquebatur , nec quicquam gustabat. At iniecto per os pauculo castoreo immixto vino,verbulum vnum vel alterum effutinir, sed postea vt primò erat,& clavicularos dentes fortiter habebat. Tunc vero de extrahendo sanguine inter medicos quæstio erat:nam alter ex saphena contendebat,alter vero ex communi in brachij curuatura potius extrahendum atruebat , nec deerant utrius rationes. Ego vero superuocatus non multum virium robori fidens, ab excretis per clysterem fæcibus, cucurbitulas femoribus affigi,cute secta, iussi,& vt chirurgus referebat , ita gelata mulier erat, vt primis cucurbitulis nullus euocaretur sanguis , adjuta tandem calidis somētis,sanguinis uincis tres sunt extractæ , & inde melius habere visa est. Tunc verò ea nocte glande ex melle ex colocynthide para ta immissa, alius respondit,& quatuor ingentes

ingētes vermes præuinos cum excremētis deiecit, adeo vt eos huius morbi causam esse , non nullus dubitaret. Sed in aurora pharmaco purgatorio ebibito, constante agarico, confessio ne amech , & semine sancto , exceptis iure pulli, in quo incoctum erat poly podium & sene, pauco cum semine fœniculi, optime purgata est , & tunc restius valuit, sed postea immisso pessulo ex succo cyclaminis, menses erupere, quibus firmata est valetudo : fuere autem omnes dies sex, in quibus huic mulieri optimi habitus , gallinaceorū ius pro victu erat, pro potu vero aqua fœniculi semine incocta. Cæterum cū non defuit ubique demoniaci homines, ita hic non defuit, qui mulierem hanc noctu tactam, aut punctam, forte à dæmoniæ contuleret, quem ego illico, in suos malos dæmones, & peiores nocturnas aues reieci, fugauisse.

*Curatio 90. in qua agitur de angina,  
intra duodecim horas interficiente.*

P Roxeneta ille , qui circa oleū ver labatur , cum aduerseretur, quod de gutture strangulabatur, conqueri coepit , pro qua abigenda mala

affectione, remedia varia sunt facta; vomitus nanque euocatus fuit, & oxy-mellitis portiunculam per interualla lambebat: ex stomacho nanque malū hoc euenire credebatur, sed postea scapulis & ceruici cucurbitulae secta cute sunt adfixæ, demum morbo grauiori facto, intra duodecim horas misser hic è viuis stertedo decessit: intromissa autem cœrea cædela per cesophagum sive gulā, nihil impedimenti perceptum est. Fuit igitur saeuus hic morbus, angina asperam afteriam occludens, & respirationem impediens, cæterum, hoc in casu, sanguinis per venæ sectionem missio, & cætera remedia prætermissa sunt, quia volucris occasio. Porro vir ille, ad quem vocati diligenter venimus, angina strangulabatur, per signa nanque & notas loquèbatur, qua de re, illico nulla interposita mora, aut vacuatione alia prahabita, sub lingua venas secare fecimus, & sanguinem ex eis conuenienter fluere, quo constricto, pauculo interposito tempore, & ut ita dixerim, refectis viribus, repente brachij cephalica vena secta fuit, & ex ea per interualla sanguis missus, unde breui vir hic melius hab

CVRAT. MED. CENT. VII. 265  
habuit, & posteā nonnullis aliis cele-  
bratis reïnediis, sanitatem pristinam  
adeptus est.

## S C H O L I A .

*Nisi ita repente, & diligentiter subuentum esset huic agroto, dubio procul diem suum ob-  
iisset: non igitur semper canones & Methodæ  
medicinales seruari debent; et serum per inter-  
ualla, hoc in casu, scilicet angina, sanguis de-  
mendus est, quia si confessim magna in quantitate  
vacuaretur, anima debilitate forte agro-  
to superueniret, ex quo suffocatio oritur, &  
tandem mors.*

**Curatio 91. in qua agitur de synocho,  
quinto die per copiosum sanguinis  
fluxum è naribus terminato.**

**V**igente hoc tempore frigido, iuuenis qui in foro panario agebat, carnosus, tēperatura sanguineus, synocho correptus est graui, continuò febriebat, & partem interiorem capitis valde dolebat, & non dormiebat, & quæ comedebat, illico vomebat. ad quem accitus ego, ex basilica dextri brachij illico (alii fecerunt primo excretis) sanguinis libras duas demere feci. Cæterum cum ita vrantea laboraret, & grauiter haberet, sequent i die

ex brachio sinistro sanguinis similis  
quantitas extracta est , & vesperi sca-  
pulis secta cute, cucurbitulæ sunt affi-  
xx, quibus remediis perinde vt antea  
habebat, tertio die atramentum cassi  
ebibit, quo multa liquida & humorosa  
excrevit : quarto vero die, lotium val-  
de etassum, turbatum & rubrum erat;  
& egrotus ipse pessime habebat: quin-  
to furdare cœpit, sed in fine huius diei  
ita sanguis multa quantitate per na-  
rem sinistram huic effluxit, vt egrotus  
ipse , & assistentes de obitu tunc ti-  
merent; sed ego etiam si conscius e-  
ram , data opera , ipsum fluere per-  
mittebam , neque remedium aliquod  
pro eo sistendo moliebar. Cæterum  
cum virium robur iam labi coniecta-  
sem , effluxerant tanque fere sanguini-  
s octo libræ , tunc pro eo compes-  
tendo restringendōve , multa machi-  
nati sumus, inter quæ primatum obti-  
nuit , terrafigulina aceto subacta , &  
capiti raso admota , sed bis innouata,  
tunc vero ea nocte recte dormiuit,  
& sanatus est. Vixtus huic præsanā in  
hoc vñuerlo tempore erat, portus ve-  
rò hordeacea: ut etiam amissus in  
sibi iuxta genitrix modum fecerit. Curatio-

### Curatio 92. in qua agitur de nephri- tide, & auris dolore.

**L** Anio cognomento Fartus, senior, nephritin pati cum soleat , & are-  
nulas per vrinam mittere, nūc eas non  
remittit, sed decimus agitur dies quod  
de ilio multum dolet : pro quo iuuando , eum lapillum intus habere depre-  
hendo: pro quo detrudedo, Hippocra-  
tis consilio vñus, interna pedis venam  
(saphenam dixerim) illico seccare iussi,  
& sanguinem abunde extrahere, à qua  
sanguinis missione, illico nulla inter-  
iecta mora, illi drach.ij. eius cōfectio-  
nis, quam lithon tripon dicimus , pau-  
culo cum vino dedimus (per clysteres  
nanque satis purgatus hic erat) qua in  
nocte multū doluit , sed postea absque  
dolore perseverauit, vt somnatum ve-  
sica bouina exceptum prætermitteret,  
neque super locum poneret. Tertio ve-  
rò die lapillum, forte remedij bene-  
ficio, excavatum , absque dolore vlio,  
meiit, & sanatus est. Ne tamē in mor-  
bum recideret , consului, vt auellanas  
in vietu continuo haberet , eo à no-  
bis dicto modo, in hac Centuria. Hu-  
ius filius, quem de auris dolore repen-  
te

te torqueretur, à capite alliorum sub cineribus cocto, & bene calido contuso, & intra aurem misso, illico disruptū apostema est, ex quo multum puris fluxit: ceterum, & si pus quantitate flueret, grauamen non paruum persentire aiebat, veluti per vniuersum corpus caliditatem extraneam, pruritumve, quibus de causis, ex communi brachij vena sanguinem demendum curauit, à qua sanguinis missione, puris fluxio cessauit, & locus doloris expers ex toto mansit. Firmahdæ tamen sanitatis gratia, catapotia aurea dicta, veluti cocchia simul deglutiuuit, & purgatus est, & tandem basilice habet.

*Curatio nonagesimatercia, in qua agitur de intestinorum affectionibus, publice grassantibus.*

**M** Aio mēse, sicco, & calido, plures intestinorum morbis correpti sunt, scilicet, colico, cholera, ileo, dysenteria & similibus: vagabantur autē morbi ij, & epidemiales erant. Mulier tamen, in circulo Appulij hominis, ileo oppressa, misere ut soler, per os stercus ingenti vermium colluuie vomebat, ad hæc alius præsumida illi facta

CVRAT. MED. CENT. VII. 269  
facta est, & demum intra septem dies, rigida, & algida facta, suum diē obiit. Cæteri vero omnes, colico morbo affecti, sanati sunt, præsertim adiuti clysteribus anetho, cunctino, & similibus, quæ flatum discutiunt; compositis; personas vero, antidotum ex quatuor rebus diatesaron dictum, & mithridatiū accipiebant, primo euocato vomitu, viño dulci, in quo cuminum, anethum, semen raphani, & vltimo agaricum, incocta erant.

*Curatio nonagesimaquarta, in qua agitur de obstructionibus membra nutritoria infestantibus.*

**M** Vlier vidua, & cui menses consueti nunquam defecerat, & colorem in facie talem habebat, qualem Hippocrates libro de Rég. aquis, & aere, phasianos homines habere tradit, circa membra nutritoria obstrunctiones patiebatur. Pro quibus extirpandis, medici plures plura machinati sunt, & ita variis apériendi facultatem habentibus medicamentis usi sunt, vt in fluxum mēsum copiosissimum eam traxerint, vnde faciei color, pallidior illi est redditus, & similis illi, quem regio

gio morbo obnoxij pati solent, & symptomata omnia grauiora facta: corporis autem totius grauedinem, & ingēs pondus sentiebat, ad hæc pigra, & segnior ad obeunda & conficiunda negotia erat, & circa hypochondrium dextrum, non paruum grauamen persentiebat. Pro quibus abigendis affectionibus inueteratis, post octennium, ad eam vocatus, in mentem reuoco, obstruktiones fieri, aut humorum quantitate, aut eorum agglutinatione, viscositatēve, aut eorum potius lentore crassitatiēque item non esse aperiēdum, quin prius huinores purgētur, vacuentur, aliter obstruktiones augmentur, & grauiores & periculosiores euadunt, quibus propositis habitisve, leniori pharmaco, purgata materia, ad apozenata deobstruendi facultatem habentia deuenimus, qribus veluti decocto senz assiduo usi sumus, & per intervalla, pharmaco uno vel altero, agarico præcipue constante, humores purgabamus, immo ad sectionem venæ, quæ inter digitum minimum, & anularem dextrum repit, peruenimus. ex qua sanguis copiose fluxit, sed per exteriōra non pauca fomenta, & ynguentia sunt

sunt applicita, quæ emolliendi, & apereiendi vim habebant. Cæterum quum hæc parū iuuarent, ad radicis synarum decocti potum cōfugimus, quo mane, & sero copiosissime mulier hæc sudabat, mirū dictu, quum tamen nunquam antea etiam remediis iuuata sudorem vedit aut sensit. Perseuerauit autem quinq; supra viginti dies in huius decocti potu, in quorū fine, recte se habere dixit. Aduerendum tamen duximus, quod decimoquinto die, à potu decocti huius radicis, menses sub soliti copiosi illi superuenere, qua de causa iusseram, ut à potu decocti radicis abstineret: cæterum illa, salutis auida patere noluit, sed fluentib; mensibus, etiam multum & copiose potu decocti, sudabat, & re vera, menses nihil discriminis aut impedimenti, toto suo assueto tempore cōtraxere. Completa tamen curatione, hoc est, exacto vigesimoquinto die huius decocti potus, cum recte valere diceret, ecce sub brachio dextro ingens tumor, & prædus, illi repente apparuit, quem non nulli scirrhum, aliij vero cancerum esse opinabantur, sed emplastro maturandi

vires

vires habente super eum posito, breui delituit, vnde tussis ingens eam detinuit, & thoracis granulo eam affidauit, & capitis intensus dolor eam contorquebat, quæ omnia ex humore à tumore exhalato, & resperso euenis se, mihi compertum erat, tūc vero deglutitis pilulis arabicis dictis, ei aliud recte respondit, & se sanam ab omni pessima affectione iactauit, ad multos tamen postea dies, saccharum borraginaceum sibi familiare fecit, quod iejunio stomacho comedebat.

## S C H O L I A.

In secunda vena, inter digitum minimum & annularem, secuti sumus priscas omnes medicos, veluti omnes etate nostra superiori, quanquam non ignoremus ex hodierna hominis sectione, venam hanc propagari, ex axillâ & humeraria venâ, utenque tamen res habet, experientia ipsa quotidiana attestatur se. Etiam hanc venulam dextram, iecinoris affectibus opitulari, ex sinistram lenis moribus, vt Aegineta clarius præ ceteris memorie commendauit, & ante eum Galenus libro tertio de anatomia administrationibus, veluti sexcentis alijs locis.

*Curatio nonagesimaquinta, in qua agitur de homine canina temperatura prædicto, laborante duplice tertiana.*

Alomon Sacerdos, iuuenis temperatura canina, & sicca, quum corriperetur duplice tertiana, miras circa præcordia anxietudines patiebatur, & præcipue quando paroxysmo tentari incipiebat, adeo vt in lecto non quiesceret, sed hinc inde milies volueretur: vomebat nanque, & cibum non retinebat: huic igitur, vt fugeret tantum malum, accessionis initio cibum elargiebamur, & rectius habebat, accipiebat autem panem infusum granatum aceto fororum succo, aut ptisanam, acinis mali, unici ei mistis, aut pantallam, aut iuscum pulli limonis aut acerbae vuæ succo alteratu, cuius pulli alas & pectusculum apparente concoctione, ei dare coepimus, veluti buglossum, aut mulum pescem, inauratumve albo iure decoctu, à rebus autem dulcibus, & sacchareis, vtpote in bilem facile verti paratis, abstinebat; demum syrupo rū vice, concessò tam rindorū decocto, aut potius infuso, &

post succorum cōcostionem purgatus  
intra decimumquartū diem sanitatem  
adeptus est. primis tamen diebus quia  
de costarum dolore valde conquere-  
batur, cucurbitulis secta cute, sanguis  
ex scapulis extractus fuit.

## S C H O L I A.

*Quum hunc canina præditum temperatu-  
ra curarem, memoria occurabant historie  
præclare Galeni, è decimo libro Meth. med.  
veluti ex sexcentis alijs locis sua doctrina,  
quas ante oculos medicus doctus habere de-  
bet. Ceterum suadet Galenus lib. 1. Meth.  
med. cum de febre syncopali minuta Arabi-  
bus dicta, agit, carnes, apparente concoctione,  
elargiantur, id quod Alexander Trallianus  
assentitur, lib. 12. sua rei medica, capit. 6. in  
quo de tertiana agit. neque enim hac Hippo-  
cratis contradicunt, qui post cōsum duos dies,  
ita ut antea egrotos cibemus iubet.*

*Curatio nonagesima sexta, in qua agi-  
tur de utero gerente muliere, sy-  
nocho laborante, doceturque in fe-  
ribus continuis, & ardentibus,  
maximam habendam esse curam  
gutturis, & lingue, fauciūmue.*

**M**Ulier iuuenis, boni habitus, tem-  
peratura sanguinea, & iuris peri-  
tissimi

riſſimi doctoris Habrahami frāci, olim  
in Lusitania apud Illuſtrissimū & Sa-  
pientissimū Ducē Auerij, auditoris di-  
ſertissimi filia, cum vierum gestaret, &  
septimum mensem ingressa eſſet febri  
sanguinea, synocho dicta, affligi co-  
pit. pro qua iuuanda, vocatus ipſe, eam  
ſumme & continuo febrentē, ingenti  
cum capitis dolore, facie tumente, vri-  
na crassa, & rubra iuueni: quin octauū  
diem septimi mensis, ſuæ gestationis,  
nō ſupergreſſam noto, quibus, de cau-  
ſis, cubiti venam, communam fecare  
iubeo, ſanguinisq; vncias ſex demere,  
qui ſane ſanguis admodū corruptione  
afectus erat, vt vſperi ex eodē forat  
mine totidem ſanguinis vncias ſui iu-  
berem, & tunc melius habuit. minaba-  
tur autem ſanguis fauces ascendere, &  
anginā gignere, vt ex dolore ab ea, cir-  
ca cū locū percepto venabamur. Dein  
vero pullum aeresta & cucurbita in-  
coctum pro victu habebat, aliquando  
vero pislaram, vel cucurbitam ipsam  
aeresta apparatam; vel potius ſaccha-  
ro concinnatā: oblatamenti vero cau-  
ſa, vt ſitum extingueret, iuleb viola-  
ceum affusa hordeacea, non ſolum in  
aurora ſyrupi vice, ſed interdiu bibe-  
tur.

bat: à clysmis vero & balanis ; omnino abstinuimus ; sed ut bilem præcipue à sanguine separaremus, ipsumque sanguinem purgatum, mundumque relinquemus, Aegyptiacæ cassiaæ atramenum parum, hordacea exceptum semel illi ebibendum dedimus , & tunc recte habere cœpit. Syruporum tamen vi- te , sæpe viciolam sacchari rosacei in aurora gustabat , & post eam hordeaceaem aquā, aut endiuia bibebat, quibus leniter tractata, intra decē dies sanata est: veluti eodem tempore adolescens circa Circulum exustum agens, qui causone cūm laboraret , aliud illi lubrica erat , & multa liquida citrina, biliosa , & lutea egerebat , & sanatus est. Sequenti modo hic cum prædicta pateretur , & non quiesceret, nec dormisset , sed vires tecumque constantes haberet, post extractum ex iecoraria vena sanguinem vocatus ego, sequenti die rhabarbarum, cūm citriorū & myrobalanorum citrinorum cōtūcibüs, adiecta portiuncula catholici electarij , exceptis omnibus stillatitia intybī, illi dedimus , quo pharmaco , recte purgatus est , & tunc ius pullæ ptisanæ mistum ebit, & fluxus ventris solitus

litus cohibitus est , semel tantum , vel bis sequenti nocte egesit. Sequenti vero die rigore non antea persentito graui apprehensus est , ad quem tunc accitus , ut qui eum breui moriturum assistentes putarent, prædixi , bono es- sent animo, ut qui ægrotum ipsum, in- tra paucas horas sanum visuri erant. Nam post rigorem futuram, febriculam, & sudorem copiosissimum, ipsum totum irrigaturum, expositi, id quod ita euenisse ; non sine ingenti artis laude, obseruant. Restat dicendum, quo magis senesco , eo audaciorēta- do , in tribuendo rhabarbaro , & myrobalanis , pro regulando ventris flu- xu, febres consequente. proinde qui artem exercent medicam dinam, ad- uertant, neque Galenum hac in re , ita pessime intellectum, cum Glauconem suum alloquitur , mordicus teneant, ut pro veris falsa exerceant, ut alias non raro iis in Centuriis dixi. Quum hæc exercebamus, Aaron Naamias, iuuenis quinque supra viginti annos natus , temperatūra biliosus , tertiana continua correptus est , ex qua cu- ratus , recte habere videbatur, cæterum elapsò duodecimo curationis die,

cum melius haberet, & parum febri-  
ret, vinum quod maxime appetebat,  
forte ebibit, vnde int̄sus febrite cœ-  
pit, & delitare ad quem vocatus ego,  
eum int̄se febrite, & delirare, vt ad  
proposita respondere nesciret, compre-  
hensione, ad h̄c lotium album paucum me-  
iebat, indicium sane lethale, sed tunc  
vires huic pro morbi levitie, constare  
videbantur, qua de re vesp̄eti cueturbita-  
tula quatuor scapulis, sexta cute, sunt  
affixa, & sanguinis vnciae tres extra-  
ctae, à quibus, clyster refrigerandi, &  
subducendi vim habens, injectus fuit:  
tunc noctem insomnis transagit totam,  
& nūquam quietit: In aurora ve-  
ro pulsus arteriarū imbecilliores erāt;  
& rerum anteactarum recordatio nulla,  
& facies à naturali differens, à qui-  
bus habito pr̄sagio, & assistentibus  
exposito, quod hic breui moriturus  
esset, etiam illi atramentum Aegyptia  
ex siliqua pauco cum rhabarbaro, pri-  
mi medici dederunt, quo multa sterco-  
raria, pauca vero humorosa egesit, &  
eo die ex suavi musica magnum solati-  
vium, vt fassus est, persensit, sed sequen-  
ti vitam cum morte, non sine amico-  
rum dolore, mutauit. Sed tunc adoles-  
cens

cens filius Iacobi Pardi, albidi colo-  
ris, studio deditus, frigore, capitis cum  
dolore corripi cœpit, ad quem, inter-  
positis nonnullis horis, ipse accitus,  
cum lenta febri tentari comperio, qua  
continuo corripi postea notaui, nullo  
persentito frigore refrigerationē, in  
qua postea lotium subalbidum erat, &  
tenue, pulsus vero rarus, laxus, sed fitis  
nulla, somnus multis cum corporculi-  
torius, grauitate: nūquam hic vomuit,  
sed alius ex se pituitosa respondebat,  
qua omnia febrem, pituitosam vigere  
attestabantur: cum qua & lumbricos  
implicitos esse augurabar, id quod ita  
euénisse, domestici setuarunt. Primis  
panque diebus, à concesso electario ex  
Mixariis, Sebesten officinæ seplasario-  
rum appellant, immixto semini sancto-  
nico oxymelite primo macerato; decē-  
oblóngos, pr̄auiuos, per interualla e-  
gesit, dein vero oxymelite s̄pē exhibi-  
to, & pullo gallinaceo pro vistu con-  
cesso, pharmaceum ex rhabarbaro cum  
zagara exiguò diluto, illi dedimus,  
quo multa excreuit, absque vermbus  
tamen. hinc enim, elapsis iam diebus  
decem, adolescentulum hunc, blande  
leniterque tractabamus, ea illi dando,

quæ lotium proliuiunt, vt oxymel com-  
positum, ius pulli, in quo apij, & pe-  
troselini radices, ipsa cum coma inco-  
etæ erant, aut cicera, & similia, cum  
quibus, clysteres raro iniiciebantur,  
quia sua sponte alius respondebat: sed  
de ventriculo solliciti admodum era-  
mus, adeo vt iis, & tota ratione victus  
incidendi, & attenuandi vim habente,  
intra mēsem sanatus fuerit. Cæterum  
cum hos, & non paucos alios febris  
continuis laborantes curarem: ecce  
Menahen Amarilius, mercator Thes-  
salonicensis, tertiana continua afflita  
batur, & ex venarū interna parte mul-  
tus illi confluuebat humor acutus bi-  
liosus, quem per secessum remittebat;  
vt quinques & sexies quotidie egere-  
ret biliosa, liquida, & acria, ad hæc  
singultū patiebatur, non propter plen-  
nitūdinem, non propter inanitionem,  
sed verius ob acredinem ipsius humo-  
ris ventriculum infestantis, quem for-  
te vir hic facilis sensus habet cū qui-  
bus siti cum intensa, linguam crassam  
& aridam habebat, & difficulter deglu-  
tiebat, & in gutture impedimentum  
quoddam persentiebat, & caput valen-  
ter dolebat. Cæterum cū nonus huius  
morbi

morbi ageretur dies, & à medico is-  
purgatus satis esset, veluti à natura ip-  
sa, vocatus ego, huic iecur vnguento  
santalino refrigerari, & ad os ventris  
apponi vnguentū robors & refriger-  
ans iubeo, & clysterē refrigerādi vim  
habentem iniiciendum curaui, quibus  
sequenti die recte habuit. Febris fere  
nulla erat, sitis parua, singultus in totū  
abolitus, & bis tantum egressit. Sed iam  
audi, eam partem, pro qua curationem  
hanc moliti sumus: cū vir hic dif-  
ficulter deglutiret, eius illico aperto  
ore, fauces consperimus, quas sum-  
me inflammatas cum gutture compe-  
rio: quā de re inter cæterā remedia, &  
gargarismū describo, & ad guttur, si-  
ue ad trachę arterię caput & ad eius  
vicinas partes vnguentum foris im-  
ponendum mandaui, videlicet, rosa-  
ceum, vel huius vice, oleum ompha-  
cinum rosaceum, vel violaceum, vel  
Galenī cerasum, refrigerans dictum;  
aut succum aliquem ex refrigerandi &  
humectandi facultatem habentibus  
herbis. Cuius rei, duo assistentes  
medici admirati sunt, vt qui nusquam a-  
pud quenquam id legerant, nec a quo-  
quam in praxim adductum viderant,

optimum tamen esse remedium colaudarunt. Ego vero eorum magis sum admiratus, vt qui remedium tam præstans & singulare ignorarent, à Galeno p̄imò commendatum, & postea ab eius enarratore Auicenna receptum, & à doctissimis Italix medicis, in continuam praxim tractum. Galenus nanque libro quinto Meth. med. capit. 12, cum asperæ arteriæ vlcera curat, non tam medicamentis iunctus receptis, difficulterque diffluentibus, quām topicas remediis utitur, vt alibi quoque non raro. Ergo non ab re erit, in fauclium, & gutturis, sine asperæ arteriæ capitis, inflammationibus, localibus remediis, quæ refrigerandi, & humectandi vim habent, medici utamur, sed etiam partibus ipsis non inflammatis, remediis utamur, quibus eas ab inflammatione liberemus arcamūsve. Sed hæc forte Auicenna Galenum sequutus, lucidius exponit, ignorantibus iis, qui Auicennā ipsum modicus tenere putant. Auicenna nanque cap. de Causonis, sive ardentis febris cura, vt noscatis, ait, & oportet, vt seruetur anhelitus eorum, & non permittatur thoracis partes spal-

mo

CVRAT. MED. CENT. VII. 283  
 mo offici. quæ verba non raro Galen, inculcat, vt in ardentibus febris, thoracis, tanquam caliditatis fornacis, diligentem curam medicus habeat, fomentis, & irrigationibus continuo utendo, & vt Trallianus ait, raro frigidis, vt quæ intus calidum remittunt, nunquam tepidis, quia laxant, sape vero calidis actu potentia vero frigidis: sed mea sententia, cum calor ingens est, non raro, actu frigidis uti consentaneum est, vt ex Auicenna & Galeno ipso docemur. Cæterum, ex pectoris particulis nulla facilius conuulsione tentatur, quām trachæ arteriæ caput, primus obtronchus dictus, ad quem, tanquam ad suum premam arcem, & caminum, pessimi, & acrie sumi ascendunt, & inde confortij lege ad cerebrum, in quo erysipelas, aut phlegmone non difficulter gignitur, non ab re Auicenna, capite de nigredine lingue exortis a febris, fœsi, prima libri quarti, ait, oportet, vt non dimittatur super linguam iungredo, immo fricetur cum eo quod scis, aliter eleuabuntur ad caput vapores maligni, & facient cadere in firsen, hoc est, capitis phlegmonem.

nem. Sed hæc forte melius, & proposito nostro conuenientius tradit Aucenna ipse, sequenti cap. 31. in quo agitur de constrictione anhelitus, febribus veniente, ad hunc modum: Constrictio anhelitus accedit eis, aut propter spastum & siccitatem, quæ accidit eis in lacertis anhelitus, aut propter materiam præfocatiuam, descendenter ad guttur eorum; aut propter debilitatem quæ dominatur nervis venientibus ad membra anhelitus: & prima quidem curatur cum vnguentis, vel emplastris humectantibus, & se curida eum eis; quæ prohibent strangulationem, & tertia, cum exequatione complexionis in cerebro, & inunctione colli, cum eis; quæ infrigidant, & humectant: & supra pectus etiam ex eis, quæ sunt sicut rasura excubitorum, & portulacæ, & santali, cum oleo rosa-CEO, & similibus, quæ omnia conuincent, opus nostrum à præclaris medicis frequens & fitatum, & in quotidiamnam proximè esse habitum, quod si hæc illis non placeret, sed ut puto placent, ad eorum Rutgerium eos relegandos statui, quis ut audito, in tuta causonis; hæc à nobis astitata, agenda suaderet.

Cura

*Curatio nonagesima septima, in qua agitur de uomitorio medicamento, quo quidam à coli affectione sanatus est.*

Vix robustus, instante canicula, coli dolore infestissime cruciatur, contra quem variis clysmis, & aliis nō paucis topicis remedii, si sumus, sed absque profectu vlo, qua de causa, cū ægrotus maximo in periculo esset, ad vomitoriu medicamentū hoc confugi, & ita contulit, vt illico se sanum ægrotus dixerit, habet autē remedium sic, R. ellebori nigri, seminiis anethi, cum mini, raphani, an. vnic. mediā, excipiantur tribus libris aquæ & fiat debita coctio, & coletur, cui postea addere rhodomellis vnic. ij. & fiat vomitoriu, ex quo repente, libras fecerit duas, & bibit, & quietus, sed non multum postea ita multa vomuit, vt à dolori interne- cante liber & sanus illico evaserit.

*Curatio nonagesima octaua, in qua agitur de tertiana multo cum humorre crudo os uentriculi infestante, que plerunque interficit, & Aucenna se brem syncopalē humorosam appellat.*

Ie

**I**ehuda Abarbanelius, magnus illius  
Iehude, sive Leonis Abarbanelij Pla-  
tonici Philosophi, qui nobis diuinos  
de amore dialogos scriptos reliquit,  
nepos, quem ob pesterem Thessalonice  
grassantem, ad muros iuxta Calabros  
cum eius familia se diuerteret, & ibi  
per mensum maneret, atque postea in  
domum se reciperet, non tam ipse, quam  
cateri cum eo agentes tertiana epi-  
demicā sunt correpti, is vero aetate vi-  
ginti septem annorum, temperatura  
pituitosus, obesus, nullo fere exercitio  
corporeo deditus, inchoante canicula,  
tertiana ut dixi, corripi coepit, magna  
eius crudorum succorum copia, os  
ventriculi infestante, offendenteve:  
singulo hanque tertio die accessione  
afflictabatur syncopali grauissima, &  
qua nec die quietis mundus euade-  
bat, immo eo ipso quietis die vesperi  
absque rigore febris inualefiebat, qua  
cum paroxysmo sequentis dici mutuo  
se confundebat, miscebatur, ut tertia  
accessione evidenter a nobis percep-  
tum fuit, noctu nanque animi defec-  
tus, & symptomata gravia illi euene-  
re, ut tunc de obitu timor esset, ut ab  
assidente medico, quem practicum,

hodie

hodie, Neapolitani præcipue, appell-  
lant, accepimus. Cæterum huic, primis  
quietis diebus, cassia Aegyptiacæ a-  
tramentum ad drachmas duodecim,  
saccharo tantum obuolutas dedera-  
mus, quibus multa & varia egessit.  
Postò elapsò quarto paroxysmo, cum  
pulsus varius esset, & non recte consta-  
ret, ut in hoc contingit morbo, & Gal.  
recte notat, immo caprizzans videba-  
tur, & aliquando vermicularis, & for-  
micans, ab omni vacuationis genere  
vacaremus consulumus. At quum pe-  
ctora veneni, & contradictionis plena  
vbique habeantur, quidam se hunc cu-  
raturum, si modo ex rhabarbaro, & al-  
liis simillimi medicinis confectionum  
pharmacum ægratus biberet, pollici-  
tus est, ignorans alioqui, magnam cru-  
dorum succorum molem os ventricu-  
li infestare, pro quo curando morbo,  
ab omni vacuationis genere manife-  
sto abstinere, summu erat remedium,  
annuit tandem contradicenti ægratu-  
, & pharmacum ebibit, me alta vō-  
ce clamante, demum sequenti die post  
multa egesta gelidus factus, suū diem  
obiit, non sine doctorum hominum  
dolore. Philosophia nanque ut obitor  
hoc

hoc dicam, apud se librum iustæ magnitudinis, quem avus suus compo- fuerat, reseruatum habebat, cui de cœli harmonia titulus erat, non nisi Longobardicis literis inscriptus, & quem bonus ille Leo, diuini Mirandulensis Pici precibus composuerat, ut ex eius procœmio elicetur, quem librum ego non semel percurri, & legi, & ni mors immatura nepoti huic ita præuenisset, eum breui in lucem mittere decreueramus, est sane opus hoc doctissimum, in quo, bonus ille Leo, quantum in philosophia valebat, satis indicauerat, scholastico tamen stilo inscriptum. Cæterum ut finem huic curationi imponamus, huius vxor, & filiolus annos natus decem, & sororius, omnes eodem morbo correpti, sani evaserunt, ex ancillis tamen cum hero, tunc quædam occubuit. porrò Moyses Pardus tunc tertiana correptus fuit. Qui & ipse syncopali accessione afflictabatur, non quidem ob crudorum succorum præsentiam in ventriculo, sed potius ob biliosorum humorum ad ipsum ventriculum deflumum, à qua sapatus est, eo modo tra- status à Galen, edocto, libro Meth.

med.

CVRAT. MED. CENT. VII. 289  
med. postquam primum hunc prædi-  
ctum carnificē morbū, curare docuit.

## SCHOLIA.

*Ex tertiana vbiique omnes fere euadunt, referente sic Hippocrate, libro primo de morbis vulg. tertiana exquisita, cito indicatur, nec est lethalis; sed Thessalonica, ex ea pleriq; morib contigit, unde Thessalonenses admirantur, conquerunturque quod illis eueniat id, quod alii raro euenire soleat. Sed nunc mortales, ij admirari desinunt, quum iuste illis eueniat, id quod alii raro euenire cōtingit, multis de cau- sis. Prima, quia raro hodie tertiana, que non pestilentis seminij aliquid habeat, comperiat, precipue post pestem immanem quædam, que ab hinc paucos annos, non solum Macedoniā hanc, & in ea contentam Thessaliam, sed vniuersam Graciam, ex Thraciam, ra- stauit, depopulauit re: que lues pessica fere con- tinuo grassatur. Raro autem pestis turcas, & cum eis habitantes, inuadere non solet, unde omnes morbi epidemici, & pestilentes dis- merentur. Sed hoc missum facio, ut communē, & publicam causam habens, & priuatam si- ne secundam inquiramus causam. Raro autem Thessalonice tertiana siue exquisita sine non exquisita, simplex habetur, multus & varius de causis, quia populus multum laborat fa- tigatur in obviendis negotiis, precipue in*

concinnandis pannis, pro quibus inficiēdis, locū  
tum putidum tractant, item quia multum ī  
ingerunt, & variis, & multis crassum & pes-  
simū adgenerantibus succum cibariis nutrian-  
turs aluntur autem continuo fere bubula, bras-  
fica, aut ciceribus, aut olivis viridibus, aut  
oryza, aut farre, aut tritico, aut melongenū,  
aut huiuscmodi aliis edulis pessimis condit. a  
item, artocreas, id est, carne massa incrustata,  
veluti piscibus massa cooptis, immo eadem  
mensa, & piscibus, & carnis melle conditis  
vescantur, veluti caseo, lacticiniis, vel melius  
lacteis, lentibus, & omni genere bellariorum.  
massa, & caseo cōfectorum, ut varia alia pes-  
simos & crassos succos gignentia, preteream.  
Unicam tamen causam tanquam ceterarum  
omnium alphām, adiciam, quia ī gelu fere  
toto anno pro potu habent, à medio autem  
Aprilis, ad Octobris finē, omnes qui fere cén-  
tum millia animarum Thessalonice habent;  
geli pro potu familiare habent, ut non ab re,  
publice prostent vīgintiquinque officine gelū  
tantum vendiantes, que hoc dicto tempore,  
duo millia ducatorum, & plura corradūt, vnde  
mirari non est, si horum stomachis succi  
trudi ex frigidi aggerentur, & congesti fiant,  
qui cum præsentes in ore sint ventricub, non  
ab re est, si qualibet cum febri, vim & mole-  
stiam ventriculo ipsi inferant, vnde syncopis  
stomachica

CVRAT. MED. CENT. VII. 291

stomachica oritur, morbus sane carnifex, &  
periculosis, prout Galenus testatur libro  
12. Methodi med. cui Anicenna subscribit  
sen prima lebri quarti, capite sexagesimo, tra-  
ctatus secundi, in quo agit, de cura febris  
cum syncopī humorosa. Fit autem, vt res  
hanc exacte tractemus, syncopis stomachica  
hēc, aut syncopalis accessio hēc stomachica,  
quia humorum crudorum quantitas, & cra-  
sities, os ventriculi premis grauitate, item pro-  
pter ipsum ventriculi exactiorem sensum, syn-  
copis similis oritur. quibus adde, quod crudo-  
rum hēc moles succorum, poros, & vias, per  
quas transpiratio sit, obstruit, ex qua obstru-  
ctione nativi calor suffocatio consequitur, &  
syncopis existialis, & consequens humorum  
confusio & miscella, & tandem obitus. Non  
est igitur mirari, si quis tertiana laboret, &  
syncopim hanc simul patiatur, è viuis decedat,  
ut sepe Thessalonica contingit, & non raro  
albi. Ceterum per indicia cognito morbo ex-  
istiali hoc, qui quavis cum febri complicari po-  
test, ut ex Anicenna depromitur, dignum  
duximus inquirere, quo modo curari debeat,  
quia in hoc ingens opus, & labor est. vas-  
tant nanque gravissimi medici. Galenus  
nanque libro 12. Metho. med. iubet mor-  
bum hunc curari, non pharmaco, non sanguini-  
mis missione, sed potius frictionibus, & inedia,

ac mediocri somno. Sic enim ille citato loco, ne investigando fatigeris, pro compendio ait: *Qui ex copia crudorum humorum vna cum oris ventriculi offensione febricitant, ij neque missionem sanguinis, neque purgationem tollerant, cum tamen vaccinationem desiderent.*

*Quare eis vacuatio per frictionem solam administratur, ergo linteis mediocriter asperis, statim in ipsis auspiciis morbi fricādi sunt, à crudibus superne deorsum: debet enim radi ab his cutis, cum simul & calefieri per eam & digeri corpus postuleat, dein tota brachia, simili modo, ab humeris superne deorsum: ubi vero artus omnes abunde iam calere videbuntur, & metus fuerit, ne quis ex multitudine frictionis contusa iam carne, superueniat laetitiam sensus, oleo relaxante rieris quod genus est sabinum: ab adstringente vero abstinebis, cuiusmodi Hispanū existit. Hyems vero si fuerit, nihil deterrius sit, si ad digerentium aliquod transferis, quale sicyonium est, aut etiam chameleinum. ubi igitur oleo membra ipsa abunde fricuris, oleum est detergendum, atque ad spinam dor si transēdum, quam totam pariser fricare, primum quidem sicca frictione, post oleo, expedit. Ab hac rursus ad crura se conferes, & ab his ad brachia, denuōque dein ad spinam, sic totum diem agens, in domo lucida, & temperata. Sane mulsa, in*

*qua coctum hyssopum fuerit, his est aptissima, qua sola primis tribus diebus retentur: ipse vero eo tantum tempore, dictam intermitte frictionem, quo somnus hominem occupauerit, ad quem etiam alliciendum, & frictio r̄berior facit. Ceterum somnus r̄berior his minime est salutaris, cum nec crudos succos digeri sinat, & viscera reddat graviora. Sed si quis alius affectus est, qui somnum & vigilias modicas postuleat, hic profecto in his est: quippe somnus concoquit, vigiliae digerunt, quorū vitroque est opus iis qui ex multitudine crudorum succorum egrotant, ac si pulsus his paruus admodum infirmusque sit, aut etiam supra h̄c vehementer inaequalis, extrellum periculum indicat, nec quicquam preter iam dicta, moliendum est: si vero mediocriter sit robustus, nihilque intercisis videatur, si sua quidem sponte aliud commode non deiciat, soluenda est, mulsa iniecta est. Quod si maior iusto superfluorum impetus ad aluum citetur, principio quidem percoquere mulsam amplius oportet. Ea nanque sicut aluum minus subducit, ita magis nutrit. Post h̄c si superna largius descendant, nec sic quidem stendat, sed exhibendus pro aqua mulsa ptisanæ tremor est: si vero fluere pergent, alicet sorbitione agrum nutries, si pulsus interim ad imbecillitatem, vel inaequalitatem, vel parui-*

tatem misteruntur: panem imbutum diluto vino  
porrigere conaneat, utique si nec ventriculus,  
nec iecur laborarent phlegmone; quando si  
hac infestentur, corpore crudus succis referto,  
salus deplorata est, pulsibus sic immutatis:  
minime autem viendum cataplasmati, aut  
perfusio:bus est, prius quam superuacua ma-  
gna ex parte partim vacuata sint, partim  
concocta, interimque sola mulsa, in qua coctū  
hyssopum sit, usque ad septimum dēm utan-  
tur: si quidem longissimam sic affecti cibi ab-  
stinentiam ferunt, corpore scilicet ex crudis  
ipsi, quos continent, succis concoquendis alito.  
Verū si aliud impense fluat, vel ager mul-  
sam fastidiat, ad p̄tisanā cremonem est trans-  
eundum: si hunc quoquo aueretur, alicia ad  
eundem quo p̄tisana modum ei preparabitur:  
neque enim eis qui sic sint affecti acetum in-  
commodum est, immo siccib⁹ crudos afflatim  
succos esse animaduerteris, oxymeli, assidue  
pro mulsa dabis, si quidem estas sit, et ager  
frigidē assuetus, frigidum: si hyeros autem,  
omnibus calidum, maxime vero pulsus par-  
sus, tardus & rarus, frigidos subesse succos  
ostendit. Sane propositis aduersissima sunt,  
tum balneum, tum aer ambiens, quoties vel  
nimium calidus est, vel frigidus. itaque ut la-  
uande hi non sunt, sic & reclinandi in domo  
sunt, estate quidem, que frigent, hyeme,

qua

que calcat; leduntur nanque non parum ab  
viroque excessu. atque hec quidem agenda  
sunt tibi, ubi à primo die curationem suscep-  
peris. Si autem ad eos, quos iam premit syn-  
cope accitus fueris, si ea que retuli loca phle-  
gmone racent, pavem exhibebis non multum,  
eūmque ex vino aliquo, quod celerem in  
corpus digestionem adiuuet, statimque  
ad frictiones venies, quas, ut diximus ad-  
ministrabis, ac si quidem cælo status sit re-  
hementer calidus. cum frigida virum dabis,  
cum calida autem mediocriter sit temperatus.  
Que tamen secundo ex tertio dabitur, potio,  
omnino calidam exhibendam curabis, neq;  
succorum crudorum concoctionem adiuuet.  
Ceterum iis quibus ex crudis humoribus syn-  
copes periculum inninet, sane salernum tan-  
to iam multis memoratis presbat, quanto tum  
melioris est succi, tum etiam calidius, ut po-  
te quod ex velocius illis digeratur per corpus,  
ex crudis succis concoquendis auxilio erit.  
In summa vero, quibus ex abundantia crudo-  
rum humorum syncope incidit, in crassa zima,  
eū noxia aquosa ceu parum efficacia, sugredia  
sunt, diligenda autem eorum sunt medias, que  
flava existant, et calida. Itac Gaienus, ci-  
tato à nobis loco, & libro primo Artis cura-  
tive ad Glauconem, à quo Paulus Aegineta, lib. 70

2. sua medicina, cap. 37. nec transuersum  
ynguem discedit; in quibus, ut audistis, ait,  
morbum hunc non curari, nec purgatione, nec  
sanguinis missione, sed potius inedia, & fric-  
tionibus, mediocriusque somno, & potis vires  
generosi, ut cetera taceam. Porro in hac Gal-  
leni dogmata, siue decreta, Alexander Tral-  
lianus, Stephani filius inuehitur, & ea falsa  
esse alta mente contendit: sic enim ille libro  
duodecimo sua medicina Andernaci versio-  
ne, ait, Curandi sunt, qui ex crudorum humo-  
rum copia in syncopem incident, tenui victu,  
atque omnibus, que extenuare possunt. Salu-  
bre igitur est, quantum ad copiam attinet, va-  
cuationem per sectam venam moliri, eamque  
rursus iterare, immo non permittere, ut humo-  
res crudis rursus in corpore redundant: metus  
enim est, ne vires prostratae humorum crudum  
nequeant concoquere, & distribuere. Satiis  
igitur arbitror, ut vacuationem potius viti-  
mus: sin autem humor vsque adeo superauerit,  
ut periculum sit ne vires sufficiantur, non ab-  
surdum est tunc ex copia modicum substrahere,  
& grauamen leuare: videmus enim plerunque  
id etiam in igne eueniire: quippe cum in prope-  
modum a viridibus lignis extingueretur, sub-  
inde paucis ademptis rursus illuxit, & iis, que  
ipsi in suffocabant, superior euasit. Quapropter  
si vires robustae, & copia que offendit, admis-  
sum

dum ampla fuerit, in eum modum est agen-  
dum: sin autem imbecilla fuerint, & cruditi-  
tas multa subsit, frictionibus incumbendum;  
atque iis, que sensim extenuare, ac discutere  
crudosque humores & incoctos possunt conco-  
querentia vero est chamæcum, ut quod ra-  
refaciat, dissipet, & causas morbi concoquat.  
Ali frictionem incipere conuenit, a cruribus  
deorsum, deinde ad totam spinam, & brachia  
transendum est, postea rursus a brachis ad  
inferiores partes, & pedes, idque frequentius  
faciendum est, ita ut virium ratio habeatur.  
Cum enim nonnulli sape immoderata magis  
frictionem adhibuissent, vires subito digestæ  
dissoluteque fuerunt. Ego ita quendam grana  
scitia fricantium in syncopem prolapsum cons-  
pexi: iuss erat enim ille continue integrum  
diem & noctem ipsum perficari, & a cibo  
omni ad quintum usque diem abstinere: de-  
inde cum impie hoc ipse faceret, eger quod non  
potuit virunque, tum desatigationem, cum im-  
ediata in alios quinque dies tolerare, syncope  
interiit, conueniebat enim meo iudicio, eū que-  
tam immoderata frictione, & acribus oleis in  
usum adhibitis, tantam cruditatem discutien-  
dam putabat, non prorsus a cibo egrum con-  
sinere adeo, neque rursus nimium eum grauare,  
sed ab immoderata frictione desinere. Nam  
vbi fames, laborandum non est, sicut inter-

omnia, hoc quoque prudens ille senex pronunciasit, haud noui quid etiam diminissimo Galeno in mentem venerit, quod ita faciendum esse precipiat: frictionibus autem immoderatis utendum, oleumque sicyonium inducendum, ac inediā imperet. Nam hyssopum ipsis vīa cum medico melle bibere precepit, nihilque aliud ad septimum usque diem assumere. Quis oī Dij immortales, vires ad eo validas esse cogitare poterit, qui simul omnia ex inediā, & frictionem pariter ferre queat? Mīhi sane melius videtur ex moderatius perficere, & rursus nutrire ad vires respiciendo, cremore ptisane, aut alicie cum eximellū, & pane in vinum tincto, ubi vires ad modum imbecillae apparent. Nam utrumque faciendo, ut interim sane ex copia humorum non nihil per fricationem dissipemus, deinde rursus commodum alimentum quod concoqui facile, & in partes corporis distribui possit, substituamus, tum vires conservari, tum crudii humores probe concoqui poterant. Et sicut Alexander, qui in certis hoc est, vīo, & balneo, hoc in orbo, conuenientibus, cum Galeno est, ut legenti manifestum euadit. Suggillat igitur, atque irritet Alexander Galenum, ut qui non exalte nōuerit affectionem hanc curare. Cum Alexandro postea ad stipulati sunt Razēs libro

libro 16. suis Continentis, & Averrois, libro sui Collectorij, veluti nonnulli Neoterici: Nos vero quid sentiamus, pro tanto, ex tam diffīcili morbo curando, dicere non gravabimur, & eo magis, quia ex eo mortales plures vita decedunt, quia forte pauci medici diffīcile morbum ipsum & eius curationem norunt. Scire igitur liceat, febrem hanc ex crudorum humorum copia, cum stomachi offensione fieri, proinde febris hac aut pituitosa est, aut spuria tertiana, aut composta, vel complicata, ut hemitrita cum referat: interpellata tamen semper ferre est, unde in accessione stomachica, syncope, eueniēt, quia humores mouentur, ex eo maior, quo major contingit putredo, & stomachi ipsius major sensibilitas, unde pulsū varius fit motus, parvus, tardus, & rarus: si continua tamen febris hac cum syncopi stomachica euerit, breui agrotus mori contingit, ex eo breuissimis, si visceris alicuius particula inflammatione offenditur. Plerunque tamen febris hac, ut dixi, interpellata est, cuius paroxysmus, ut Galeno placet, plerunque ad vesperam affigit, veluti & noctu, raro verò in aurora, usque ad meridiem. Ego verò nonnullos ex hac immanis febre correptos notavi, qui non simplici febre corripiebantur, sed potius tertiana spuria, alia pituitosa febre quietis die afflidente,

afflidente; ut in hoc contigit Abarbanelio, & Solomone Seneore. Erant autem homines ejus obesi, & quibus aqua licus prominebat, pleni multo succo crudo. Horum primo sanguis ex vena brachij extractus fuit, & obiit; huic vero de quo agimus, vene sectio celebrata non fuit, sed bis per pharmacum purgatus fuit, & quoque obiit. Proinde hic commendatum, immo testatum relinquo, ut cum primum medicus ad hanc carnificem, & exitiam vocatus fuerit febrem, ab omni vacuacione genere se abstineat, & se totum Galeno concedat, ~~quoniam diuersis, & diversis pro-~~  
~~procedere morbo fabripius, & rorosus fac-~~  
~~tit.~~ Sic enim medici cum Galeno exercendo, egrotantes ab orci fauibus liberabunt, & populi calumniā effugient. Hac vero febris curandae methodū, ut verā, paucis quoque cūm Glaucoiem philosophum alloquitur, absoluīt, inquiens, Qui vero humorum multitudine animo deficiunt, haud ita curantur: verū illorum artus plurimum fricandi sunt, calsificandi, ac ligandi. Ceterū à vino, & cibis temperare debent, atque etiam à balneis, si febris adsit: contenti mulse potu, in qua thymum, origanum, pulegium, vel hyssopum concoctum sit, consert autem ex acetum mulsum. Hactenus Gale.bresi, que libro Meth.med. per ample tractat, dixit.pro quibus intelligit

gendift etiam pauca hēc audire ne grauemini. Si qui crudorum humorum multitudine laborant, vacuari desiderant: ceterum cum sanguinis missionem, & pharmacum non ferant, alia vacuatione indigent; non enim sanguinis missio illis conuenit, quia ea humorum cruditas augebitur: neque pharmacum purgans, quia ei humores crudis, & multi nō parent, sed resistunt, & eo magis, quo humores crudiores & magis rebelles sunt: & purgans medicamentū in attrahendū eis generosius & potentius habebitur. hac enim mutua altercatio, syncope, & exolutions, ac vertiginis multa alia id genus incommoda eveniunt, qua de re, cum purgatio, & sanguinis missio, pro hoc curando. morbo exerceri non possunt, alia vacuatione vtamur opus est, ne ea que frictione, calefactione, & ligatione partium extremerum, absoluīt, ut abunde ex Galeno dictum est. At Alexander, & ceteri eum sequentes, qui sanguinis missionem pro hoc curando. morbo exercendam iubent, ut ego credo, ingens virium robur presupponunt, quo præsente, forte nec Galenus eam abnegaret, aut saltē per pharmacum purgans, magnam humorum peccantium vacuationem, modo syncopis aduentum non timeat. & ut verum dicā, ita Galenus ait: Qui multitudine crudis succi grauatur, hunc si modo iustum.

iustum semel vacuationem ferre posset, nec metus aliquis syncopes impenderet, semel arbitror vacuatum; à morbo explicaremus. Ex ijs igitur Alexandrum vnaminem, & concordem cum Galeno iudicare. At quia raro, vel nunquam febri hac syncopali humorosa laborantes, viribus constent: ea de causa horitor, ne à Galeno transuersum vnguem discedamus, sed inedia, & frictionibus, clysmis, oxy mellite, & similibus curationem absoluamus, in qua & vomitus ciēdus est, quamquam raro ob succorum tenacitatem grauedinēque vomitus euocetur siatue; indicū non paruum, neq; contemnendum pro hoc dignoscenda morbo: sunt nang; iij nauseabundi, & stomachie grauati, sed non vomunt, ructus tamen sepe edunt: quod si vomerent, ut etiam aliquando illis ventris fluxus contingit, haud parua salutis spes esset. Ceterum et si Alexandrum conciliaum cum Galeno à nobis audistis, nunc vero vt Alexandri sequaces satisfacti à nobis discedant, & illustrioris doctrine gratia, paucula hac subiungam: Iis qui hoc exitiali morbo laborant, frictionem simul & inediā iniungere, inconueniens maximum non est: quia cum iij crudorum succorum copia abundant, facile inediā tolerant longam, nec inde eorum vires dissoluuntur, corpore scilicet, ex crudis ipsis, quos continet succis coquen-

CVRAT. MED. CENT. VII. 303  
toquendis nutritio, id quod alijs affectionibus non euenit. Manet igitur Galeni recta, vera & indubitate curandi via, quam omnes insequi debemus, quia eam agrotantes ij facile ferre possunt, & ea sani euadent. Et non immerito Avicenna hanc Galeni doctrinam, vt veridicam recipit, & ei subscripta citato à nobis loco, vt legenti notum euadet. Receptus igitur canentis, non est mirari, si ex tertianis ffurijs, quibus syncopis stomachica familiaris est, multis de causis Thessalonice multis moriantur, vt alibi quoque euenire poterit, si modo tertianis stomachica syncopis, aut syncopalis oris ventriculi affectio dicta, complicata, coniuncta fuerit: speramus tamen deinceps, modo medici Galeno additi sint, similes agrotantes superstites euadant, neque ex multis vrus periclitetur. quod Deus Opt. Max. annuat.

*Curatio nonagesimanaona, in qua agitur de febre cum syncope, ob tenues succos oxyfime exhalantes, ueniente, quam, febrem syncopalem minutam, recentes uocant.*

Oportunè hic, vt euident & clara prædicta curatio euadat, occurrit Bayazetus Rhais, Constantino-

politanæ nauis nauarchus, homo Turca, temperatura biliosus, compositio ne gracilis, ingeniosus si quis alter, & diues satis, ac liberalis: qui post varios casus, labores, & vigilias, ac nauigati ones non raras, in febrim lapsus est biliosam exacte peracutam, cum syncopi, quam neoterici medici, minutam syncopalem appellitare solent. Vexabatur autem hic febre ardentissima, prædicto cum symptomate, quod comitabantur pulsus varij, inæquales, & ad summum, malum indicantes, lotium nanque igneum, sed lucidum erat, demum, breui huic facies talis fuit, qualis ab Hip. similis mortui faciei describitur, & quam Gal. libro 10. & 12. Methodi med. cum de hac agit febre, silentio non præteriuit. Cæterum huius vniuersum corpus madores quidam, & spirituum exhalationē attestantes occupabant, & inde anxietudines, exolutions, inquietudines, insomnia tumul tuaria, & id genus alia, sinistra omnia erant. pro quibus omnibus profili gandis, abigendis, & ægrotante ipso restituendo, sic Galeni doctrina muniti, orsi sumus, omni ratione curan tes, vt succorum materiam crassio rem

CVRAT. MED. CENT. VII.. 305  
 rem reddamus, & cutim denseimus, & exhalationem inhibeamus, idque tam iis quæ foris admouentur, quam iis quæ intro sumuntur. Aer igitur frigidissimus est factus cum aquæ purealis frigidissimæ irrigationibus, cui admixtum erat acetum rosaceum & stil latitia rosacea, tum fonticulis ex eadem frigidissima aqua paratis, obsitis ac circumcisitis cannis, vitibus, & foliis cucurbitæ, platani, in hac Macedonia abundantissimi, & castanearum arboris, veluti vnedonis, arbuti dicti, & ruborū, & lentisci, & salicis, & similium arborum, & fruticum ramulis, veluti humi fusis rosis variis, & violis aut nymphææ vtriusque floribus, aut vi tium capreolis, aut huius generis aliis frigidis, sed ex fonticulis ipsis, aqua ex alto supra peluim cadebat: Nā & hoc, Galeno authore, somniferum est. demum aer ita arte frigidus paratus fuit, vt non solum respirando interiora refrigerabat, sed exteriora densabat, co gebat, & coarctabat. Cæterum cum aer sufficiens non erat per exteriora omnia absoluere, huius corpus vnguentis illinebamus quæ refrigerandi, & condensandi, & astringendi vim

habebant, qualia sunt, rosaceum, & Gal. illud omnium quæ humectant & refrigerant simplicissimum medicamen, refrigerans ceratum dictum, & ab ipso Galeno descriptum cum alibi, tum libro 10. Meth. med. cui quandoque admixtum erat vnguentū santalinum, & populeon, veluti rubearum rosarum puluis: sed & thoraci & cordi epithemata facultatem refrigerādi habentia sæpe admouebamus, immo subucula, siue camisia irrorata stillatitia rosacea santalis mixta, sæpe vestiebatur, quæ omnia machinabantur pro sudore compescendo, & succorum, & spirituum sistenda fluxione continua, exhalationēve. Cætera vero, quæ extrinsecus occurrūt silētio præterimus, & ad victum accedimus. Qui igitur ita se habent, paulatim & assidue nutriti sunt, proinde hic cum imbecillis erat, paulatim nutriebatur: dabamus autem illi panē vino granatorum acetosorum imbutum, veluti ius pulli, margaritarum, & coralorum præparatorum puluere apparatum, in quo etiam sorbitio, Italis panatella dicta, ex pane albissimo, similagineo dicto, & qui difficulter diffuit, multo

cor

C V R A T . M E D . C E N T . V I I . 307  
 coriando recēti misto concinnabatur. desiderantur autem in hoc morbo, cibaria, quæ non facile diffuant, vt putredini resistant, vt suadet Gal. qui & vitellos ouorum, veluti fructus austeros, putredini nimiæ obnoxios concedit: & hac de re nos huic pomum granatum lubenter dabamus, veluti conditum trium santalorum, & diam margariton, non minus, ac pro portu frigidam, aut gelidam iulepo violaceo mistam: ex medicinis vero, tantum mollibus refrigerantibusque clysteribus vsi sumus, præcipue hordeacea, odo violaceo, saccharo, & succo curbitæ compositis. Quibus omnibus leniter tractatus ægrorū, intra quartum diem melius habuit, & morbus sauitiem suam exuit. Profuit autem tunc succorum concoctio, post quam Galenus in hac curatione carniū esum admittit conceditve. Quæde re nos pullorum carnes limonis acidine; aut succo acerbæ vici conditōs, liberalius concessimus, exemplum summum à medicis sumendum, ut in scholio apparebit. Tunc vero vinum album optimum, aut vermiculū austerioratis, non nihil habens, aqua dilutum, huic, Ga-

V 2

leni consilio, propinauimus. quibus omnibus intra decem dies ægrotans hic sanitatem consequutus est. Sapiens Catalaunensium, iuuenis natura biliosus, huiuscemodi febre corripiebatur: nam quum afflictabatur accessione, os ventriculi multum dolebat, & syncopim patiebatur, & bilem vomebat, & alius dura illi erat, & non egerebat: erant autem huic renes, & iecur calidi. ad quem accitus ego; bilis fluxu eum à iecore ad os ventris venire, & inde ex eo symptomata orta, noto: quæ etiæ purgatione habita & remediis propriis adhibitis, ad septimumdecimum diem perseuerarunt, qua de re, iussi iecur, & eius os ventris, santalino vnguento illini, & renes cum vniuersa dorsi spina ex rosaceo inungi, simul ut ante horā paroxysmi ægrotus cibaretur, & optimū sed dilutum vinum bibet: quibus paucis, sequēti nocte ægrotus melius habuit, nullum nanque dolorem passus est, sed sua sponte aliūs respondit: indicium quod bilis solita os ventris offendere, in intestina delapsa est; desuit autē oris ventriculi dolor, & intestinabile citata sro fungebatur officio; & tunc quoque ciborum

CVRAT. MED. CENT. VII. 309  
rum fuit appetētia. Cæterum propulsato, extinctōve ventriculi dolore, de renū intenso dolore cōqueri cœpit, forte deriuato humore obstructio in renibus facta est, à quibus arenā non paucam tunc in lotio mittebat: sed postea, ad os sacrum dolor peruenit, in quo sedem non paucos dies habuit, vt de phlegmone dubium esset, sed variis clysmis, & remediis aliis adiutus, euasit, & in quartanā lapsus est, quam paucos menses passus est.

## S C H O L I A.

Febris hac, quia ob prætenues humores citio exhalabiles evenit, præcipue cum syncopi, ab Auicenna, & cū sequentibus, minuta syncopalis appellatur: contraria nanque febris hac humorosa syncopali habetur, præter quam in syncopi: in hac vero sicut in alia, syncopis reperitur, qua de causa cum contrarie sint, contrario modo curantur. vt autem syncopali humorosa laborantes, paulatim & assiduo vacuari debent, adhac in media cruciari: ita minuta hac laborantes paulatim & assiduo cibari debent. item syncopalis humorosa, vt corpora plena succis, & obesa amat, ita minuta febris hac, biliosa, sicca, & gracilia. Cæterum

ut febris hæc natura biliosa est, ita aliquando continuo affigit, aliquando vero interpellatim, vnde recte Auicenna scriptum reliquit, huius paroxysmos plerunque tertians esse, in qua facies illa ab Hippocrate descripta, morti similis, non raro cibuscitur, id quod ~~non~~ <sup>nam</sup> Galenus non sicut magnum igitur communionem febris hæc cum pestilentibus habet, quæ cordis substantiam, aut eius ventricorum humoris obsident, lancingantur, & hominem ad perniciem trahunt. Et quemadmodum minuta syncopis hæc ob succos prepaucos & facile perspirabiles, evanescere solent, ita quandoque (notante id Auicenna) non raro accidit, ob putrificationem, aut venenosam ex malignam humoribus insitam qualitatem, veluti ob acridinem humorum, ut inueni exercitationi deditio, contigit, de quo elegans extat Historia Galeni, libro decimo, Meth. med. cui arrideat sapientis Catalaunensis casus, à nobis citatus. Ceterum referente Galeno, & Auicenna consentiente, proprio de hac febre capite, affectio hæc; intra quartum plerunque opus suum complet. At, si ab ea agrotus evadere contingat, suadet Galenus; id quod medici artem exercentes aduertant velim, videlicet, quod elapsa die quarto, & humoribus ad concoctionem venientibus, huic tali, aliquid carnis edulij conced

CVR AT. MED. CENT. VII. XII  
concedamus, quasi ante concoctionis in humeribus apparitionem, febre in continua caro, ab eo abnegetur, ex dari non debeat.

**Curatio centesima, in qua docetur,**  
quod in tertiana continua, tertio quoque die rigor euenire poterit, similiq; quo modo circuitus in febribus interpellatis contingant, tam secundam Galeni, quam Auicennæ dogmata.

**M**agnifica, & generosa Gratia ab Yahiiis, mulier procula, obesa, carnosa, tēperatura sanguinea, quum atatis suæ annum quinquagesimum ageret, vigente autumno, continua febri corripiebatur, cū qua tertio quoque die horrebat, & male habebat. pro qua curāda, pro pulsandā febre, accessiti quatuor sunt medici, qui conspecto lotio tubro, & crasso, aliqualem coctione, ceterisque excrementis, ac morbo, & eius modo; exacte notatis, iudicarunt, sanguinem reliquis cum humoribus virtutatum esse. qua de causa cum vires recte constarent, & morbus postulareret, & reliqua assentient, sanguinis missionem admodum

